Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Aethereas italo commixt9 sanguine surget
Siluius albanum nomen: tua posthuma proles:
Quem tibi longęuo serum lauinia coniunx
Educet siluis regem: regumq; parentem
Vnde genus longa nostrum dominabitur alba
Videbantur hęc nequaq̄ conuenire. Tua posthuma proles.
Quem tibi longęuo serum lauinia coniunx
Educet siluis regem. Nam si hic Siluius ut in omnium ferme annalium monumentis
scriptum est: post mortem patris natus est: ob eam causam prenomen ei impositum
hoc fuit qua ratione subiectum est. Quem tibi longęuo: serum lauinia cōiunx.
Educet siluis regē: Hæc. n. uerba significare uideri possunt. Aenea uiuo: & iā senatū
ei siluiū: & educatū. Itaq; hāc sniam esse uerboꝝ istoꝝ Cesellius opinat9 in cōmētario
lectionū antiquaꝝ. Posthuma inqt ples nō eū significat: q pē mortuo: sed q postre
mo loco nat9 est: sicuti siluius: q Aenea iam sene tardo seroq; partu ē editus: Sed hu
ius historiæ auctorē nullū idoneū noiat. Siluiū aūt post Aeneæ mortem: sicuti dixi
mus: natū multi tradiderūt. Iccirco Apollinaris sulpitius īter cętera: in qb9 Ceselliū
reprehēdit: hoc quoq; eius: q̄si erratū aīaduertit. Errorisq; istius: hāc eē causā dixit: q
scriptū ita sit. Quē tibi lōgæuo: inqt non seru. Significatio. n. esset contra historiæ fi
dem: sed in lōgū iam euum & ppetuū recepto imortaliq; facto. Anchises. n. q hæc di
cit ad filiū: sciebat eum: qnū hoīum uita discessisset: imortalem atq; indigentē futurꝫ
& lōgo perpetuoq; æuo potiturū. Hoc sane Apollinaris argute. Sed aliud tamen est
lōgum æuum: aliud perpetuum. Neq; dii lōgęui appellantur: sed immortales.

Posthuma proles Siluius Longæuus

Cuiusmodi naturam esse quarundam prepositionum. M. Cicero animaduerterit:
disceptatumq; ibi super eo ipso: quod Cicero obseruauerat. Cap. xvii.

Bseruate curioseq; aīaduertit. M. Tullius: in & con præpositiones uerbis: aut
uocabulis prepositas tūc pduci: atq; ptēdi: qnum litteræ sequerētur: quæ pri
ma sunt in sapiente: atq; fœlice: In aliis aūt oībus correpte pnūciari. Verba Ci
cerōis hæc sunt. Quid uero hoc elegantius: qd non fit natura: sed quodam instituto:

In Con

Indo- ctus — Indoctus dicimus breui prima lr̃a: insanus producta: inhumanus breui: infœlix lon
Insan9 — ga. Et ne multis: qbus ĩ uerbis ea primæ litteræ sunt: quæ ĩ sapiẽte atq; fœlice: hæc ꝓ
Inhu- — ductæ dicũtur: ĩ cæteris uero oĩb9 breuiter. Itẽ quę cõposuit: cõsueuit: cõcrepuit: cõse
manus — uit: cõsule ueritatẽ: cõprehẽde: & refer ad auris: ꝓbabũt. Quare cur ita sit dicẽt: ꝓsu
Infelix — giuare: uoluptati aũt aurĩũ morigerari debet orõ. Mãifesta qdẽ ratio suauitatis ẽ in
Pro — his uocib9: de qbus Cicero locut9 est: sed qd dicemus de præpositiõe ꝓ quę quũ ꝓdu
ꝓficisci — ci & corripi soleat: obseruatiõnẽ hãc tamẽ. M. Tulii aspnata est. Nõ. n. semp ꝓduci
ꝓficere — quũ seqtur ea lr̃a: quę primaẽ in uerbo fœlix: quã Cicero hanc habere uim significat:
ꝓfuger — ut ꝓpter eã rem in & con præpositiones ꝓducantur. Nã ꝓficisci: & ꝓfundere. & ꝓfu
ꝓfanũ — gere: & ꝓfanũ: & ꝓfestũ corrcpte dicimus. ꝓferre autẽ & ꝓfligare: & ꝓficere ꝓducũ
ꝓfestũ — tur igitur ea lr̃a: quã Cicero ꝓductiõis causam facere obseruauit nõ in oĩbus cõsimili
ꝓferre — bus eandẽ uim: aut rationis: aut suauitatis tenet: sed aliã uocem ꝓduci facit: aliã cor
ꝓfligare — ripi. Neq; uero con particula rum solũ ꝓduc tur: quũ ea littera: de qua Cicero dicit i
ꝓficere — sequitur. Nã & Cato & Salustius fœnoribus inquit cooptus est. Præterea colligat9
Colliga tus — & cõnexus ꝓducte dicũtur. Sed tamẽ uideri potest in iis quę posui: ob eam cãm par
ticula hæc ꝓduci: quoniã eliditur ex ea n littera. Nã detrimentũ lr̃ę productiõe sylla
Conne xus — bę cõpensatur. Q d qdẽ etiã in eo seruatur: qd est cogo. Neq; repugnat q coegi corre
Cogo — pte dicim9. Nõ. n. salua συνκέρεσει. i. coagmẽtatione dicitur a uerbo: quod est cogo.

Phedõ — Q d phedon socraticus seru9 fuit: q q; itẽ alii cõplusculi seruitutẽ seruierũt. C. xviii.

[P] Hedon elidẽsis ex cohorte illa socratica fuit. Socratiq; & Platoni perfuit fami liaris. Ei9 nomini Plato illũ libr; diuinũ de imortalitate aiæ dedit. Is Phedon seruus fuit: forma atq; igenio liberali: & ut qdã scripserũt: a lenõe domino pu er ad merẽdũ coact9. Eũ Cebes socraticus hortãte Socrate emisse dr̃: habuisseq; in phi losophię disciplinis. Atq; is postea philosoph9 illustris fuit. Sermonesq; ei9 de Socra te admodũ elegãtes legũtur. Alii quoq; nõ pauci serui fuerũt: q post philosophi clari

Menip pus — extiterũt. Ex qbus ille menippus fuit: cui9 libros. M. Varro ĩ satyris æmulatus est:
qs alii cynicas: ipse appellat menippeas. Sed & Theophrasti pipatetici Seru9 põpili
Mys — us: & Zenonis stoici seruus: q Perse9 uocat9 est: & Epicuri: cui nomẽ Mys fuit: philo
Dioge. cynicus — sophi nõ incelebres uixerũt. Diogenes etiã cynic9 seruitutẽ seruiuit: sed is ex libertate
in seruitutẽ uenerat: quẽ quũ emer̃ uellet Xeniades corinthius: & qs id artificii nouis
Xenia- des co- rinthi9 — set pcõtatus foret. Nouii inqt Diogenes hoĩbus liberis iperare. Tũ Xeniades respõsi
eiusdẽ mirat9 emit: & manumisit: filiosq; suos ei tradẽs: accipe inqt liberos meos: q
bus iperes. De Epicteto aũt philosopho nobili: q is quoq; seruus fuit: recẽtior ẽ me
Epicte tus — moria: q̃ ut scribi: q̃si oblr̃atũ debuerit. Ei9 Epicteti etiã de se scripti duo uersus ferũ
tur: ex qb9 latẽter itelligas: nõ oĩs mõ diis exosos nõ eẽ q ĩ hac uita cũ ærũnaq; uarie
tate luctantur: sed esse arcanas causas: ad quas paucoq; potuit peruenire curiositas:

Δουλος επικτητος γενομην. και σωματι πηρος
και πενιην ιρος. και φιλος αθανατοις: idest
Seruus epictetus fueram: qui corpore mancus:
Pauperiæ pressus: carus eram superis.

Refscire uerbũ quid sit: & quã habeat uerã & propriam significationẽ. Cap. xix.

Refscire — [U] Erbũ refscire obseruauimus uim habere litterę ꝓpriam quandã: nõ ex cõi signifi catiõe cæteroq; uerborũ: qbus eadẽ prepositio re iponitur. Neq; ut rescribere

relegere: restituere: dicimus inde rescire. Nã q factũ aliquod occultius: aut inopina-
tũ insperatũq; cognoscitur: is dr̃ ꝓprie rescire. Cur aũt in hoc uno uerbo re particula hu
ius sn̄iæ uim habeat: eq dẽ adhuc quęro. Aliter. n. dictũ ẽe: resciuit aut rescire apd eos:
q diligẽter locuti sũt: nõdũ inuenim⁹ q̃ sup his rebus: q̃ aut cõsulto cõsilio latuerint:
aut cõ ra spem opinionẽue usu uenerit: q̃q̃ ipsũ scire d oibus cõiter rebus dicatur: uel
aduersis: uel ꝓsperis: uel isperatis: uel expectatis. Neui⁹ i triphalo ita scripsit. Si unq̃
quicq̃ filiũ resciuero: argentum amoris causa sũpsisse mutuo: exẽplo illo te ducã: ubi
nõ despuas. Claudi⁹ quadrigarius in primo annali. Ea lucani ubi resciuerunt sibi per
fallacias uerba data esse. Item Quadrigarius in eodem libro in re tristi & inopinata:
uerbo isto ita utitur. Id ubi resciuerũt propinqui obsidũ: quos Pontio traditos supra
demõstrauimus: eoꝝ parentes cum propinquis capillo passo in uiam prouolarunt.
M. Cato in quarto originũ: Deinde dictator iubet postridie magistrũ equitũ accersi.
Mittã te si uis inquit cum equitibus. Sero est inquit magister equitum iam resciuere.

Quę uulgo dicunt̃ uiuaria id uocabulũ ueteres nõ dixisse: & qd pro eo. P. Scipio
in orõne ad populũ: q d postea. M. Var. i libris de re rustica dixerit usurpatũ. Cap. xx.

Iuaria: quæ nũc dicunt̃ septa quædã loca in quibus feræ uiuæ pascũtur. M. uiuaria
Var. in lib. de re rustica. iii. dicit leporaria appellari. Verba Var. subieci. Vil Lepora
laticæ pastionis genera sunt terna: ornithones: leporaria: piscinæ. Nũc orni- ria
thones dico oĩum alitũ: quæ intra parietes uillæ solent pasci. Leporaria te accipe uolo Orni-
nõ ea quę tritaui nr̃i dicebãt: ubi soli lepores sint: sed oĩa septa ędificia uillę: quę sunt: thones
& habẽt iclusa aĩalia: q̃ pascũtur. Is itẽ infra i eode libro ita scribit. Quũ emisti fundũ
thusculanũ a. M. Pisone. in leporario apri fuerũt multi. Viuaria ãt q̃ nunc uulgus di
cit quos. παραδεισους. i. hortos græci appellãt: quę leporaria Var. dicit: haud usq̃ me
mini apud uetustiores scriptũ. Sed qd apud Scipionem omniũ ætatis suæ purissime
locutũ legimus: roboraria aliquot romæ doctos uiros dicere audiui id significare: qd
nos uiuaria dicimus. Appellataq; esse a tabulis roboreis: quibus septa essent: qd ge-
nus septoꝝ uidimus in Italia locis plerisq;. Verba ex orõne eius contra Clau. Asellũ
quarta hęc sunt. Vbi agros optime cultos: & uillas expollitissimas uidisset: in his regio
nibus excelsissimo loco muꝝ statuere aiebat: inde corrigere uiã: aliis ꝑ uineas medias.
aliis ꝑ roborariũ atq; piscinã: aliis ꝑ uillam. Lacus uero & stagna: q̃ piscibus uiuis co Piscinæ
ercentur clausa: suo atq; ꝓprio noĩe piscinas noĩauerunt. Apiaria quoq; dici loca in q apiaria
bus siti sint aluei apũ. Sed neminẽ coꝝ ferme q incorrupte locuti sunt: aut scripsisse Melis-
memini: aut dixisse. M. aũt Var. de re rustica. iii. μελισσωνες. i. apiaria mellariaq;: ut sones
αμπελωνας. i. uineas & δαφνωνας. i. laureta inquit ita facere oportet: q̃ qdẽ mellaria Mella
appellabãt. Sed hoc uerbũ quo Varro usus est: græcũ est. nã melissones ita dicũtur. ria

Super eo sidere quo græci αμαξαν: nos septentriones uocamus: ac de utriusq; uo-
cabuli ratione & origine. Cap. xxi.

Ægina in piræum cõplusculi earundẽ disciplinaꝝ sectatores græci: Romani-
q; hoies eadẽ in naui transmittebamus: nox fuit: & clæmẽs mare: & anni ęstas
cœlũq; liqde serenũ. sedebamus ergo in puppi simul uniuersi: & lucẽtia sidera
cõsiderabamus. Tum q̃spiã ex iis: qui eodem in numero græcas res eruditi erãt: quid
αμαξα. idest plaustrũ esset: quid αρκτος: idest ursa: quid βοωτης: idest bootes: & quę
tam maior αρκτος: & quæ minor: et cur ita appellata: et quam in partem ꝓcedentis

noctis spatio mouerentur: & quãobrem Homerus solã eam nõ occidere dicat: cũ & quedã alia scite: tum ista oĩa ac perite disserebat: hic ego ad nostros iuuenes conuertor. Quid inq̃ uos oppidici dicitis mihi: quare quod ἅμαξαν greci uocant: nos septentriones uocamus. Non enim satis est q. vii. stellas uidemus: sed quid hoc totũ quod septentriones dicimus significat scire inq̃ id prolixius uolo. Tum quispiã ex iis qui se ad litteras memoriasq; ueteres dediderat. Vulgus inquit grãmaticoꝝ septentriones a solo numero stellaꝝ dictũ putat. Triones enim per sese nihil significare aiunt: sed uocabuli esse supplementũ: sicut in eo quod quinquatrus dicamus q. quinq; ab idibus dieꝝ numerus fatrus nihil. Sed ego quidẽ cum. L. Lælio: & . M. Varrone sentio: qui triones rustico certo uocabulo boues appellatos scribunt quasi quosdã terriones: hoc est arãdæ colendęq; terrę idoneos. Itaq; hoc sidus: quod a figura posituraq; ipsa: quia simile plaustri uideatur: antiqui grecoꝝ ἅμαξαν dixerunt: nostri quoq; ueteres a bubus iunctis septentriones appellarunt: idest a septem stellis: ex q̃bus quasi iuncti triones figurantur. Pręter hanc inquit opinionẽ id quoq; Varro addit: dubitare sese: an pptorea magis hæ septẽ stellę triones appellatæ sint: q̃a ita sunt sitæ: ut ternę stellæ pximę queq; inter sese faciãt trigona. i. triquetras figuras. Ex his duabus rationibus quas ille dixit: quod posterius est: subtilius elegantiusq; uisum est. Intuentibus enim nobis in illud: ita propemodum res erat: ut ea forma esset: ut triquetra uideretur.

Septentriones — Triões — Quinquatr9

De uento iapige: deq; aliorum uentorum uocabulis: regionibusq; accepta a Phauorini sermonibus. Cap. xxii.

a Pud mensam Phauorini in cõuiuio familiari legi solitũ erat: aut uetus carmẽ Melit poetę: aut historia partim grecæ linguæ: alias latinæ. Legebatur ergo tũc ibi in carmine latino ιαπυξ uentus: q̃situm est: quis hic uentus: & quibus ex locis spiraret: & q̃ tam infrequentis uocabuli ratio esset. Atq; etiam petebamus: ut super ceteroꝝ nominibus regionibusq; ipse nos docere uellet: quando uulgo neq; de appellationibus eoꝝ: neq; de finibus: neq; de numero conueniret. Tum Phauorinus ita fabulatus est. Satis inq̃t notũ est: limites regionesq; esse cęli quatuor: exortũ: occasum: meridiem: septentrionẽ. Exortus occasus mobilia & uaria sũt. Meridies septentrionesq; statu perpetuo stant: & manent. Oritur enim sol non idem semper: sed aut equinoctialis oriens dicitur. quum in circulo currit: qui appellatur ισονυκτιος: idest equinoctialis: aut ισημερινος: idest ęq̃dialis: aut solsticialis: aut brumalis: que sunt θερινιαι τροπαι: και χειμερινιαι: idest ęstiua solstitia & hiberna. Item cadit sol non in eundem semper locum: fit enim similiter occasus eius: aut æquinoctialis: aut solsticialis: aut brumalis. Qui uentus igitur ab oriẽte uerno. i. equinoctiali uenit. nominatur eurus facto uocabulo: ut isti ετυμολογικοι. i. rationẽ originis uerbi interpretando indagantes aiunt απὸ της εωρέων. i. ab oriente sole fluens. Is alio quoq; a gręcis nomine απηλιωτης: a Romanis nauticis subsolan9 cognominatur. Sed q̃ ab æstiua & solsticiali oriẽtis meta uenit: latine aquilo: boreas grece dicitur: eũq; ppterea q̃dã dicũt ab Homero αιθρηγενέτην serenitatẽ facientẽ appellatũ. Boreã aũt putant dictum απὸ της βοης. i. boatu: quoniã sit uiolẽti flatus & sonori. Tertius uẽtus est: qui ab oriẽte hyberno spirat uulturnũ Romani uocãt. Eum pleriq; gręci mixto nomine: q̃ inter notũ & euꝝ sit ευρονοτον appellãt. Hi sunt igitur tres uẽti orientales: aquilo: uulturnus eurus: quorum medius eurus est. His oppositi & cõtrarii sunt alii tres occidui: caurus

Iapix — Vẽtoꝝ descripto — Apeliotes — Subsolanus — Aquilo — Boreas — Vulturnus — Euronotus — Eurus — Caurus

quẽ solẽt greci ἀπηλιώτην uocare is aduersus uulturnũ flat. itẽ alter fauoni⁹: q græce Arge-
uocat ζέφυρος. is aduersus eurũ flat. Tertius africus: qui græce uocatur λίψ. is aduer stes.
sus aqlonẽ flat. Eæ duæ regiones cæli orietis: occidẽtisq; inter sese aduersæ sex habe- Fauoni
re uẽtos uidentur. Meridies ãt quoniã certo: atq; fixo limite est: unũ meridionalẽ uẽ us
tũ habet. is latine auster græce νότος nominatur: quoniã ẽ nebulosus atq; humectus zephy-
νοτίς. n. græce humor nominatur. Septẽtriones autẽ habẽt ob eandẽ causam unũ: rus
Is obiectus directusq; ĩ austrẽ latine septẽtrionari⁹: græce ἀπαρκτίας appellatus. Ex Afric⁹
his octo uẽtis alii q̃tuor detrahũt uẽtos: atq; id facere se dicũt homero auctore: qui Libs
solo q̃tuor uẽtos nouerit: eurũ. austrũ: aqlonẽ: fauoniũ. Versus homeri sunt. Auster
σὺν δ' εὖρός τε νότος τε πέσε ζέφυρός τε δυσαὴς Notus
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων septen-
Cumq; euro incubuit: zephyrusq;: notusq; furentes: triona-
Sudificusq; simul: boreas mala plurima uoluẽs. A quatuor cæli partibus quas q̃si rius.
primas nominauimus: oriẽte scilicet: atq; occidẽte latioribus: atq; simplicibus nõ tri A pat-
partitis. Partim autẽ sunt: qui pro octo. xii. faciũt: iter hos quatuor ĩ media loca ĩse ctias
rẽtes. cũ meridie septẽtriones eadẽ ratione: qua secũdi quatuor intersiti sunt inter pri
mores duos apud oriẽtẽ: occidẽtẽq;. Sũt porro alia quędã nomina quasi peculiarium
uentorũ: quæ incolę in suis quiq; regionibus fecerunt: aut ex locorum uocabulis: in
quibus pollẽt ex aliqua causa: quæ ad faciendũ uocabulũ acciderat. Nostri naq; gal
li uentũ ex sua terra flantẽ: quẽ sęuissimũ patiunt: circiũ appellãt a turbine (opinor) circius
eius: ac uertigine. ἰάπυγα ex ipsius apulię oræ ꝓficiscẽtẽ: quasi finibus apuli eodem Iapix
& ipsi nomine iapigem dicũt: eũ esse ꝑpemodũ caurũ existimo. Nã & est occidẽtalis Caurus
& uidet aduersus eurũ flare. Itaq; Virgilius Cleopatrã e nauali prœlio in ægyptũ fu-
gientẽ uento iapige ferri ait. equũ quoq; apulũ eodẽ: quo uentũ uocabulo iapigẽ ap-
pellauit. est etiam uentus nomine cæcias: quẽ aristoteles ita flare dicit ut nubes nõ ꝓ Cęcias
cul propellat. sed ut ad sale uocet: ex quo uersum istũ prouerbialem factum ait κακὰ
ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφος. i. Mala de sese attrahens: ut cęcias nubes. Præter
hos autẽ: quos dixi: sunt alii plurifariã uẽti cõmẽticii suę quisq; regionis indigenę: ut Atabu
Oratianus ille Atabulus: quos ipse quoq; executurus fui. Addidissemq; eos: qui ete lus
sięq; & prodromi appellant: qui certo tempore anni: quum canis orit: ex alia atq; alia Etesię
parte cęli spirant. rationesq; omnium uocabulorum: quia plus paulo adhibi: effu- prodro
dissem nisi multa iam prorsus omnibus uobis reticentibus uerba fecissem: quasi mi.
fieret a me ἀκρόασις ἐπιδεικτική. idest asculratio sese ostentans. In conuiuio aũt fre-
quenti loqui solum unum: neq; honestum est inquit: neq; cõmodũ. Hæc nobis Pha-
uorinus in eo quo dixi tempore: apud mẽsam suã summa cum elegantia uerborũ: to-
tiusq; sermonis comitate: atq; gratia denarrauit: Sed q; ait uẽtum q ex terra gallia fla
ret circiũ appellari. M. Cato in libris originũ eũ uentũ cerciũ dicit nõ circiũ. Nã quũ Cerci⁹,
de hispanis alpinis scriberet: q citra hiberũ colunt: uerba hęc posuit. Sunt in his regio
nibus ferrariæ argẽti sodinæ pulcherrimæ. Mons ex sale mero magnus. Quantũ de-
mas tantũ adcrescit. Ventus cercius: quum loquare: buccam implet: Armatũ homi-
nem plaustrum oneratum percellit. Quod supra autem dixi ἐτησίας: idest ethesias
ex alia & alia parte cæli flare: haud scio an secutus opinionẽ multorũ temere dixerim.
P. Nigidii in s. do librorũ: quos de uẽto cõposuit: uerba hæc sũt.

& austri anniuersarii secũdo sole flant. Cõsiderãdũ igit͛ est: q̃d sit secũdo

Consultatio diiudicatioq; locorũ facta ex comœdia Menandri: & Cecilii: quæ pl-
cium inscripta est. Cap. xxiii.

C Omœdias lectitamus nostro͛ poeta͛ sumptas: ac uersas de græcis Men-
dro: & posodio: aut Appolodoro: aut alexide: & quibusdã itẽ aliis comœ-
At qui quũ legimus eas: nihil sane displicent: quin lepide quoq; & uenu-
scriptę uideãt͛: prsus ut meli⁹ posse fieri nihil cẽseat. At. n. si cõferas: & cõponas gr-
ca ipsa unde illa uenerũt: ac singula cõsiderate atq; apte iũctis: & alternis lectionib-
cõmittas: oppido q̃ iacere: atq; sordere incipiũt: quæ latina sunt. Ita græcarũ: quas
ęmulari nequiuerũt: facetiis: atq; luminibus obsolescunt. Nuper adeo usus hui⁹
nobis uenit: cecilii. Plociũ legebamus. haud quaq̃ mihi: & qui aderãt: displicebat. L-
Plociũ comœdia. birũ est. Menãdri quoq; Plociũ legere: a quo istã comœdiã uerterat. Sed. n. postq̃
man⁹ Menãder uẽit: a prĩcipio statĩ dii boni: quãtũ stupere: atq; frigere: quãtũq;
tare a menãdro cecilius uisus est: Diomedis hercle arma: & Glauci nõ dispari magn-
pcio ęstimata sunt. Accesserat dehĩc lectio ad eũ locũ i quo maritus senex sup uxore
diuite: atq; deformi querebat͛: q, ancillã suã nõ iscito puellã ministerio: & facie nõ ill-
berali coactus erat uenũdare. suspectã uxori q̃si pellicẽ. Nihil dicã ego quãtũ diffe-
rat uersus utriusq; eximius. sit satis alius ad iudiciũ faciẽdũ exponi. Menãder sic.

επαμφοτεραν ηεπικληροσ η μελλειν καθευδησειν
κατεργασασα μεγα. και περι βοητον εργον
εκ τησ οικιασ εξεβαλε την λυπουσαν. ην εβουλετο.
ινα πιβλεπωσι παντες εις το κρεωβυλης προσωπον.
η τευγνωστοσ ειχε με γυνη δεσποινα
καὶ την οψιν ωγ εκτησατο ονος ἐν πιθηκοις τοι:
το λεγομενον εστι δη τουτο σιωπαν βουλομαι.
τὴν νυκτα. την πολλων κακων αρχηγον.
οιμοι κρεωβιλην λαβειν εμε. και δεκα ταλαντα
γυναικων ουσα πηχεως. ει τ᾽ εστι το φρυαγμα.
ειπος ανυποστατον. Δια τὸν ολυμπιον.
και αθηναν ουδαμως παιδισκαριον. θεραπευτικὸν δε
λογου ταχιον. απαγεσθω δε τις αρ αντικα γυνη. id est
In aurem utranq;: quandoquidẽ dotata est: cubet:
Re confecta magnifica: & negocio inclyto
Domo illam exegit: cui male uoluit maxume.
Vt omnes in creobulę faciem oculos conuerterent:
Tum me cunctis notum sit faceret uxor hera.
Meoq; de more tareturin uultu: asinus inter simias fierem:
Ati aiunt. Se. Quid tandem. Ma. Tacere uolo:
Noctem mali consciam plurimi.
Me miserum qui crobulam duxi: & talenta decem:
Nanam mulierculam. cuius superbia
Adeo intolerabilis est. Iouem olympium
Et mineruam testor non ancillulam potius officiosa: dicto citius

Presto. hanc quispiam abigat quæso: at illam referat.
Cecilius autem sic. Se. Is demum miser est: qui erumnā suā nequit
Occultare: Ma. ferre ita me uxor forma & factis facit.
Si taceam: tamen indicium est: quę nisi dotem omnia
Quæ nolis habet. qui sapit de me discet: qui quasi
Ab hostis captus libere seruio: salua urbe atq; arce.
Quæ mihi quicq̄ placet: eo priuatum. uis me seruatum?
Dum eius mortem inhio. egomet uiuo mortuus
Inter uiuos. Ea me clam cum mea ancilla ait
Consuetum. id me arguit. ita plorando: orando &
Instando: atq; obiurgando me obtudit: uti eam
Venundarem. nunc credo inter suas æqualis
Et cognatas sermones serit. Quæ uostrum fui
Integra ętatula: quę hoc itidem a uiro
Impetrarit suo: quod ego anus modo
Effici: pellice: ut meum priuarem uirum?
Hæc erunt concilia hodie. differor sermone miser.
Præter uenustatē autē rerū atq; uerborū: ī duob9 libris nequaq̄ parē: ī hoc ēquidē so
leo animū attēdere: q, quæ Menāder præclare & apposite & facete scripsit: ea Cecili9
nequaq̄ potuit & quidē conatus enarrare. Sed q̄si mime ꝓbāda ꝑtermisit: & alia ne
scio q̄ mimica iculcauit. Est & illud Menandri de uita hominū media sumptū: sim
plex & uerū: & delectabile: quod nescio quo pacto omisit. Idē eni ille marit9 senex:
cum altero sene uicino colloquens: & uxoris locupletis supbiā deprecans: hæc ait.
εχω δε πικληρον λαμιαν ουκ ειρηκασοι.
τουτου χικυριαν της οικιας: και των αγρων.
ꝫ παντων αντ εκεινης εχομεν. απολλων καλεπωνς
χαλεπωτατον απασι δαργαλεα εστινε μοι μονω.
υιω πολυ μαλλον θυγατρι. πραγμα.
αμαχον λεγεις ευοιδα: idest
Lamiam hęreditariam duxi: quod non dixeram tibi.
Tum uero domus: atq; agrorum heram.
Vniuersorūq; illius loco. Se. hei q̄ miserum & graue?
Difficillimum immo. At omnibus molesta est: nō soli mihi:
Filio multo magis filięq;. Se. prouinciam
Inexpugnabilem geris certo scio.
Cecilius uero hoc in loco ridiculus magis q̄ personæ isti: quam tractabat: aptus atq;
conueniens uideri maluit. sic enim hæc corrupit.
Se. Sed tua morosa ne uxor quęso est. M. Quam rogas.
Se. Qui tandem. M. Tedet mentionis. quę mihi ubi domum
Adueni: ac sedi: extemplo sauium darat. Se. Ieiuna anima?
Nil peccat de sauio: ut deuomas uolt: quod foris potaueris.
Quid de illo quoq; loco in utraq; comœdia posito existimari debeat manifestū est.
Cuius loci hęc ferme sentētia est. Filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. Fa

tu dicebat: & eum postea multi secuti. neq; tamẽ uincere cõsuetudinẽ potuerũt. Sed idem Varro in aliis libris multa pro ἀναλογία tuenda scripsit. Sunt hi igitur tãq̃ ꝓ ci cõmunes contra ἀναλογίαν dicere: & rursus item ꝓ ἀνωμαλία:

Sermones. M. Frotonis: & Phauorini philosophi de generibus colorum: uocabulisq; eoꝝ græcis & latinis. Atq; inibi color spadix: & cuiusmodi sit. Cap. xxvi.

P Hauorin⁹ philosophus quũ ad. M. Frontonẽ cõsularẽ pedib⁹ ęgrũ uisere uoluit me quoq; ad eũ secũ ire. Ac deinde quum ibi apud frontonẽ pluribus uiris doctis presentibus sermones de coloribus uocabulisq; eoꝝ agitarentur: q; multiplex coloꝝ facies appellationes autẽ incertæ & exiguæ forẽt. plura inq̃t sunt Phauorinus in sensibus oculoꝝ: q̃ in uerbis uocibusq; coloꝝ discrimina. Nam ut alias eorũ cõcinnitates omittamus: simplices isti ruffi: & uirides colores singula quidẽ uocabula multas autẽ species differẽtes habẽt. Atq; cã uocũ inopiã in lingua magis latina uideo: q̃ grẹca. Quippe qua ruffus color a rubore quidem appellatus est. Sed quũ aliter rubeat ignis aliter sanguis: aliter ostrũ: aliter crocũ: has singulas ruffi uarietates latina oratio singulis ꝓpriisq; uocabulis nõ demõstrat: oĩaq; ista significat una ruboris appellatione. Quũ tamẽ ex ipsis rebus uocabula coloꝝ mutuet̃: & igneum

Ruffus color. Ruber — aliquid dicit: & flammeũ. & sanguineum. & croceũ: & ostrinũ: & aureũ: Ruffus enim color: & ruber nihil a uocabulo rubei differunt: neq; ꝓprietates oẽs eius declarãt sicuti ξανθὸς καὶ ἐρυθρὸς καὶ πυρρὸς καὶ φοινικοῦς. i. flau⁹ autẽ & ruber: & rubidus: & fuluus: & puniceus. s. habere quasdã distãtias coloris ruffi uident̃: uel augentes eũ uel remittẽtes: uel mixta quadã specie tẽperantes. Tum Fronto ad Phauorinũ nõ inficias inq̃t imus: quin lingua grẹca quã tu uidere legisse: prolixior fusiorq; sit: q̃ nostra. Sed in his tãmẽ coloribus quibus modo dixisti: denomanãdis: nõ pinde inopes sumus: ut tibi uidemur. Non enim hæc sunt sola uocabula ruffum colorẽ demõstrantia quæ tu modo dixisti: ruffus & ruber. sed alia quoq; babemus plura: q̃ quæ dicta abs

Fuluus Flauus rubid⁹ Phœniceus. rutilus Luteus spadix Phœniceus. — te grẹca sunt. Fuluus enĩ & flauus: & rubidus: & phœniceus: & rutilus: & luteus: & spadix appellationes sunt ruffi coloris: aut acuẽtis eũ: quasi incẽdẽtes: aut cũ colore uiridi miscẽtes: aut nigro infuscãtes: aut uirẽti sensim albo illuminãtes. Nã phœniceus: quẽ tu grẹce φοινικοῦν. i. puniceũ dixisti nr̃ ẽ: & rutil⁹. & spadix phœnicei συνώνυμα. i. cognata qui factus grẹce noster est: exuberantiã splẽdorẽq; significat ruboris. quales sunt fructus palmæ arboris: non admodum sole incocti: unde spadicis & phœnicei nomen est. Spadica enim dorici uocant auulsum e palma termitem cum fructu. Fuluus aũt uidetur de ruffo atq; uiridi mixtus: in aliis plus uiridis: in aliis plus ruffi habere. Sic poeta uerborum diligentissimus: fuluam aquilam dicit: & iaspidem: fuluos galeros: & fuluum aurum. & arenam fuluã: & fuluũ leonẽ. Sic. Q. Ennius in annalibus fuluo ęre dixit. Flauus cõtra uidet̃ ex uiridi: & ruffo. & albo concretus. Sic flauẽtes comę. & q̃d̃ mirare quosdã uideo: frondes oleaꝝ a Virgilio dicũ flauę. Sic multo ante Pacuuius aquam flauam dixit: & flauum puluerem. cuius uersus (quoniam sunt iucundissimi) libens commemini.

Cedo tamen pedem: lymphis flauis flauum puluerem.
Manibus iisdem quibus ulyxi sæpe pmulsi: abluam:
Lassitudinemq; nimiam manuum multitudine:

Rubidus. — Rubidus autẽ & ruffus arrore nigrore multo mixtus. Luteus contra ruffus color ẽ

glucidior. vnde ei quoq; nomẽ esse factũ uidet̃. Non ergo ĩquit mi Phauorine spe
cies ruffi coloris plures apud græcos: q̃ apud nos nominãt̃. Sed ne uiridis quidẽ co
lor pluribus ab illis: q̃ a nobis uocabulis dicit̃. Neq; nõ potuit Virgilius colorẽ eq
significare uiridẽ uolẽs: cæruleũ magis dicere equũ q̃ glaucũ. Sed maluit uerbo uti
notiore græco: q̃ inusitato latino. Nostris aũt latinis ueteribus cęsia dicta est: q̃ a gręcis glaucopis dicitur. ut Nigidius ait de colore cæli quasi cælia. Postq̃ hæc Fronto di glauc9
xit: tum Phauorinus scientiam rerum uberem: uerborumq; eius elegãtiam exoscula Cęsia
tus: absq; te inquit uno: forsitan lingua ꝓfecto græca longe anteisset. Sed tu mi Frõ Glauco
to quod i uersu Homero est: id facies. pis.

ἢ κεν ἐπ' ἀμφήριστον ἔθηκας. i.

Et uirtute tua facta est uictoria nutãs.

Sed quũ oia libẽs audiui q̃ peritissime dixisti: tũ maxime q; uarietatẽ flaui coloris enarrasti: fecistiq; ut ĩtelligerẽ uerba ex ãnali. xiiii. Ennii amœnissima: q̃ mĩme ĩtelligebã.

Verrunt extẽplo placide mare marmore flauo.

Cæruleum spumat mare conferta rata pulsum. Non enim uidebatur cæruleũ mare: cum marmore flauo conuenire. Sed quũ sit sita ut dixisti flauus color uiridi & albo mixtus: pulcherrime prorsus spumas uirẽtis maris: flauo marmore appellauit.

Quid. T. Castritius existimauerit super Salustii uerbis: & Demosthenis: quibus alter Philippum descripsit: alter Sertorium. Cap. xxvii.

Verba hæc sunt grauia atq; illustria de rege Philippo Demosthenis: ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅτι ἂν βούληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προιέμενον, ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. idest: uidebã etiã ipsum Philippũ: quo cũ certaremus pro imperio principatuq; oculo effossum: humero fractũ: manu cureq; oblæsum: omne deniq; corporis mẽbrũ: quod fortuna auferre uoluisset id ultro offerentẽ: ut de cætero uitã cũ honore & gloria ageret. Hæc æmulari uolens Salustius: de Sertorio duce in historiis ita scripsit. Magna gloria tribus milibus in Hispaniã. T. Didius imperator: magno usu bello marsico paratu militũ & armorum. Multaq; tum ductu eius: quę rapta primo p ignobilitatẽ: deinde per inuidiam scriptorum celebrata sunt: cominus faciem suã ostẽtabãt: aliquot aduersis cicatricib9 & effosso oculo. Quo dehonestamẽto corporis maxime lætabatur: Neq; illis anxi9: q̃ reliqua gloriosius retinebat. De utriusq; his uerbis. T. Castritius quũ pensitaret: nõne ĩquit ultra naturæ modũ humanæ est: de honestamẽto corporis lætari. Siqdẽ lætitia dicitur exultatio quędã animi gaudio efferuẽtiore euẽtu rerũ expetitarum. Quã to illud sincerius q; & humanius: magisq; omnibus cõueniẽs πᾶν ὅτι ἂν βούληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι τοῦτο προιέμενον: idest omne deniq; corpo Lętitia.
ris mẽbrũ: quod fortuna auferre uoluisse id ultro offerentẽ: ut de cętero uitã cum honore & gloria ageret. Quibus Verbis ostẽditur ĩquit: Philippus nõ ut Sertorius corporis dehonestamẽto lætus: quod inquit solẽs & ĩmodicũ: sed præ studio laudis & honoris iacturarũ damnorũq; corporis contemptor: qui singulos artus suos fortunæ producendos daret: q̃stu atq; compendio gloriarum.

Nõ ẽẽ cõptũ cũ deo rẽ diuinã fieri oportat: quũ terra mouetur uirib9. Ca. xxviii.

Verã esse causa uideat̃: quãobrẽ terręmotus fiant nõ modo his cõmunibus
b hominũ sensibus: opinionibusq; cõpertũ nõ est: sed ne inter physicas quidem
philosophias satis cõstitit: uentoꝶ ne ui accidãt specus hiatusq; terrae subeũ
tiũ: an aquarũ subter in terrarũ cauis undãniũ fluctibus pulsibusue: ita ut uidet̃ exi
stimasse antiquissimi gręcoꝶ: qui Neptunnũ εν νοσιγαιον και σεισιχθονα. id est ter
riquassonẽ. & tellurimotonẽ appellauerunt: an cuius aliæ rei causa alteriusue dei uę
numine nõdum etiã (sicut diximus) pro certo creditũ. Propterea ueteres romani cum
in omnibus aliis uitę officiis: tũ in cõstituẽdis religionibus atq; in diis imortalibus
animaduertẽdis castissimi cautissimiq;. ubi terrã mouisse senserant: nunciatũue erat:
ferias eius rei causa edicto iperabãt. Sed dei nomẽ ita uti solet: cui seruari ferias opor
teret: statuere & edicere quiescebãt: ne alium pro alio nominãdo falsa religione popu
lum alligarent. eas ferias siquis polluisset: piaculoq; ob hãc rem remotus esset hostiã
si deo: si deę imolabat. Idq; ita ex decreto põtificũ obseruatũ. M. Varro dicit: quo
niã & qua ui: & per quẽ deorũ dearũue terra tremeret: incertũ esset. Sed de lunę mo
tib9: solisq; defectibus: nõ minus i ei9 rei cã reperiẽda sese exercuerũt. Quippe. M.
Cato uir i cognoscẽdis rebus multi studii incerta tamẽ cã & icuriosa: sup ea re opina
tus ẽ. Verba Catõis ex originũ qrto haec sũt nõ libet scribere quod i tabula apud põ
tificẽ maximũ ẽ quotiẽs annona cara: quotiẽs lunæ aut solis lumini caligo: aut qd ob
stiterit: usq; adeo paruifecit rõnes ueras solis & lunæ deficienti: uel scire uel dicere.

Apologus æsopi phrygis memoratu nõ inutilis. Cap. xxix.

Esopus ille e phrygia fabulator haud imerito sapiẽs ęstimatus ẽ: quũ quae
Aesopi a utilia monitu suasuq; erant: nõ seuere nõ imperiose pręcepit: & cẽsuit: ut phi
apolo- losophis mos ẽ: sed festiuos delectabilesq; apologos cõmentus res salubri
gus. ter ac pspicięter animaduersas i mẽtes animosq; hoĩum cũ audiẽdi qdã illecebra idu
it: uelut hęc ei9 fabula de auiculę nidulo lepide atq; iucũde præmonet spem fiduciãq;
rerũ quas efficere qs possit haud unq̃ in alios: sed in semetipso habẽdã. Auicula inqt
Cassita ẽ parua: nomẽ ẽ cassita. habitat: nidulaturq; in segetib9: id ferme tẽporis ut appetat
messis: puellis iamiam plumãtibus. Ea cassita in semẽtes quoq; forte cõcesserat tem
pestiuiores: propterea frumẽtis flauescẽtibus pulli ẽt tũc inuolucres erãt. Quum
igitur ipsa iret cibũ pullis quæsitũ monet eos ut ibi nouæ rei fieret: dicerent ut ue aiad
uerterẽt. idq; sibi ubi redisset: renũciarent. Dominus postea segetũ illarũ filiũ adole
scentẽ uocat. & uides ne iqt hæc ematuruisse? & manus iam postulare? Iccirco die
crastino ubi primũ dilucula bit: fac amicos adeas: & roges ueniãt: operãq; mutuam
dent: & messem hanc nobis adiuuẽt. hæc ubi ille dixit discessit. atq; ubi redit cassita:
pulli trepiduli circũstrepere: orareq; matrem: ut statim iam pperet: atq; aliũ in locũ
sese asportet. nã dominus inquiũt: misit qui amicos rogaret: uti luce oriẽte ueniãt &
metãt. Mater iubet eos a metu ocioso esse. Si eni dominus iqt messẽ ad amicos re
icit: crastino seges nõ metetur: neq; necesse ẽ: hodie uti uos auferã. Die igitur postero
mater in pabulũ uolat: domin9 quos rogauerat oppitur: sol feruit: & fit. nihil. & ami
ci nulli erant. Tũ ille rursum ad filium amici isti iqt magnã i partem cessatores sunt.
Quin potius imus: & cognatos affinesq; nostros oram9: ut adsint cras tẽpori ad me
tendum? Itidẽ hoc pulli pauefacti mři nũciãt: Mater hortatur: ut tũ quoq; sine metu
ac sine cura sint cognatos affinesq; nullos ferme tã obseqbiles ait: ut ad laborem ca

pescendũ nihil contentur: & statim dicto obediant. Vos modo inquit aduertite: si modo quid denuo dicetur. Alia luce orta auis in pastum profecta est. cognati & affines operam: quam dare rogati sunt: supersederunt: Ad postremum igitur dominus filio: ualeant inquit amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas. unã egomet mihi: & tu capies alterã. & frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus. Id ubi ex pullis dixisse dominũ mater audiuit: tẽpus inqt ẽ cedẽdi: & abeũdi: fiet nũc dubio ꝓcul quod futurũ dixit. In ipso enim iã uertit: cuia est res: nõ in alio: unde petit: Atq; ita cassita nidũ migrauit. & seges a domino demessa est. Hęc quidẽ est esopi fabula de amicoꝝ: & ꝓpinquoꝝ leui plerũq; & inani fiducia. Sed qd aliud sanctiores libri philosophoꝝ monẽt: q̃ ut in nobis tantũ ipsis nitamur. Alia ãt oĩa quæ extra nos extraq; nr̃m aĩum sunt: neq; ꝓ nr̃is: neq; pro nobis dicamus. Hũc ęsopi apologũ. Q. Ennius ĩ satyris scite admodũ & uenuste uersibus q̃dratis cõposuit: quoꝝ duo postremi isti sũt: quos hr̃e cordi & memorię opęprecĩu ẽẽ hercle puto hoc erit tibi argumẽtũ sẽp ĩ ꝓmptu sitũ. Neqd expectes amicos: qd' tu p te agere possis.

Quid obseruatũ sit in undarum motibus: quę in mari alio atq; alio modo fiũt austris flantibus aquilonibusq;. Cap. xxx.

Hoc sępenumero in undaꝝ motu obseruatũ ẽ: q̃s aqlones uẽti: quiq; ex eadẽ cœli regione aer fluit: quasue faciũt in mari austri: atq; africi. Nã fluctus: q flante aquilone maximi: ac creberrimi excitant: simulac uẽtus posuit sternũt: ac cõflaccescũt: & mox fluctus esse desinũt. At non idẽ fit flante austro uel africo: quib9 iã nihil spirãtib9 undæ tamẽ factæ diutius tument: & a uẽto quidẽ iãdudũ tranquilla sunt. Sed mare est etiã atq; etiã undabundũ. Eius rei cã esse cõiectatur: q uenti a septẽtrionibus ex altiore cęli parte in mare incidentes: deorsum in aquarum ꝓfunda quasi p̃cipites deferũt. undasq; faciũt nõ prorsus ipulsas: sed ui intus commotas: quæ tantisper erutę uoluũtur: dũ illi9 ĩfusi desup spirit9 uis manet. Austri uero & africi ad meridianũ orbis circulũ & ad ptẽ axis ĩfimã depressi: inferiores & humiles per suprema æquoris euntes protrudunt magis fluctus: q̃ eruũt: Et iccireo nõ desup læsæ: sed ꝓpulsæ in aduersum aquæ etiã desistẽte flatu retinẽt aliq̃tisper de primo pulsu impetũ. Id autẽ ipsum quod dicimus: ex illis quoq; homericis uersibus: siquis nõ incuriose legat adminiculari põt: Nã de austri flatibus ita scripsit.

undaꝝ motus uaru

ὡς νότος πόντοιο κλυδωνα ποτὶ λᾶαν ὠθεῖ. idest.

Auster ubi insanas urget sub saxa procellas.

Contra autẽ de borea: quẽ aquilonẽ appellamus. alio dicit modo.

καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κυλίνδων: idest.

Subdiciusq; altos aquilo rotat impete fluctus.

Ab aquilonibus enĩ qui alti superniq; sunt: fluctus excitatos quasi per prona uolutari. Ab austris autẽ iis qui humiliores sunt maiore ui quadã ꝓpelli. rursum atq; subire. Id enĩ significat uerbũ λᾶαν ὠθεῖ. i. lapidẽ propellit. Sicut in alio loco: λᾶαν ὤθεσκε. i. saxũ sursum ꝓpellit. Id quoq; apertissimis rerũ philosophis obseruatũ ẽ austris spirãtibus mare fieri glaucũ & cęruleũ: aquilonibus obscurius atriusue. Cuius rei causam cũ Aristotelis libros ꝓblematum pœrpsimus. notaui. Cur austro spirante mare cęruleũ fiat? Aquilone obscurius atriusq;: An propterea q aquilo minus mare pturbat. Omne autẽ: quod tranquillius ẽ: atrum esse uidetur.

AVLII GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVS.

Quęſitum .ac tractatum quã ob cauſam Saluſtius auaritiam dixerit nõ animum modo uirilẽ: ſed corpus quoq; ipſum effœminare. Caput primũ.

h Yeme iam diſcedẽte apud balneas ſitias in area ſub calido ſole cũ Pha-
uorino philoſopho ambulabamus: atq; ibi inter ambulandũ legabat
Catilina Saluſtii: quẽ i manu amici cõſpectũ legi iuſſerat. Cũq; hæc uer-
ſaluſti⁹ ba ex eo libro lecta eẽnt: Auaritia pecuniæ ſtudiũ habet: quã nemo ſa-
piẽs cõcupiuit. ea q̃ſi uenenis malis ibuta corpus aĩum uirilẽ effœminat,
ſemp ĩfinita & inſatiabilis ẽ. neq; copia: neq; iopia minuit. Tũ Phauorin⁹ me aſpi-
ciẽs quo iqt corpus hois auaritia effœminat? Quid. n. iſtuc ſit: q; aĩum uirilẽ ab ea ef-
fœminari dixit: uideor ferme aſſeq. Sed quonã mõ corpus quoq; hois effœminet:
nondũ reperio. Et ego inq̃ lõge iãdiu in eo ipſo quærẽdo fui. ac niſi tu occupaſſes: ul-
tro te hoc rogaſſem. uix ego hæc dixerã cõtabũdus: atq; inibi quiſpiã de ſectatorib⁹
Phauorini: qui uidebatur eẽ i lr̃is ueterator. Valeriũ iqt Probum audiui hæc dicere:
uſum eſſe Saluſtiũ circũlocutiõe q̃dam poetica: & quũ dicere uellet: hoiem auaritia
corrũpi: corpus & animũ dixiſſe: quę duæ res hoiem demõſtrarẽt. Nanq; hõ ex aĩa &
corpore eſt: Nũq̃ inqt Phauorinus qđ eqdẽ ſcio: tã iportuna: tãq; audaci argutia fu-
it nr̃ ꝓbus: ut Saluſtiũ uel ſubtiliſſimũ breuitatis artificẽ ꝑiphraſim poetarũ facerẽ di-
ceret. Erat tũ nobiſcũ in eodẽ ambulacro homo q̃ſpiã ſane doctus. is quoq; a Phauo-
rino rogatus: ecq̃d haberet ſup ea re dicere. huiuſcemodi uerbis uſus eſt: Quos inqt
auaritia minuit & corrũpit: quiq; ſeſe quærẽda undiq; pecunia dediderũt: eos pleroſq;
tali genere uitę occupatos uidemus: ut ſicuti alia i us oĩa prę pecunia: ita labor quoq;
uirilis: exercẽdiq; corporis ſtudiũ relictũ ſit. Negociis ſe plerũq; umbraticis: & ſellu-
lariis q̃ſtibus intẽros habẽt: i quib⁹ oĩs eoꝝ uigor aĩ: corporiſq; elãgueſcit. & quod
Saluſtius ait effœminatur. Tũ Phauorin⁹ legi denuo uerba eadẽ Saluſtii iubet: atq;
ubi lecta ſũt. Quid igitur iquit dicemus: q; uidere ẽ pecuniæ cupidos. & eoſdẽ tamẽ
eſſe corpore uegeto & ualẽti. Tũ ille ita reſpõdit: nõ hercle iſcite. Quiſquis ẽ iquit
pecunię cupiẽs: & corpore tamen ẽ benehabito & ſtrẽnuo: aliarũ quoq; rerũ uel ſtu-
dio: uel exercitio eũ teneri neceſſariũ ẽ: atq; in ſeſe colẽdo nõ æque eẽ parcũ. Nã ſi aua-
ritia ſola ſumma oẽs hominis partes: affectioneſq; occupat: & ſi ad icuriã uſq; corpo-
ris graſſetur: ut p illã unã neq; uirtutis: neq; uiriũ: neq; corporis: neq; animi adſit cu-
ra. Tũ deniq; is uere dici poteſt. effœminato eſſe & aĩo & corpore: qui neq; ſeſe: neq;
aliud curet niſi pecuniã. Tũ phauorinus aut hoc inquit: quod dixiſti ꝓbabile ẽ: aut
Saluſtius odio auaritię pluſq̃ potuit eã criminatus eſt.

Quemnã eſſe natalẽ diẽ. M. Varro dicat eoꝝ: qui ante noctis horã ſextã: poſtuẽ eã
nati ſunt. Atq; inibi de tẽporibus terminiſq; dierũ: qui ciuiles nominantur. & uſq;
quaq; gentiũ uarie obſeruãtur. & prætereã qđ. Q. Murius ſcripſerit ſup ea: quã ma-
ritus nõ iure uſurpauiſſet: q; rõnẽ ciuilis anni nõ habuerit. Cap. ii.

q Væri ſolitũ ẽ: qui noctis hora tertia: quarta ue: ſiue qua alia nati ſũt: uter di-
es natalis haberi appellariq; debeat: is ne: quẽ nox ea cõſecuta ẽ: an qui dies
noctẽ cõſecutus ẽ. M. Varro in libro rerũ humanaꝝ: quẽ de dieb⁹ ſcripſit
homines inquit: qui media nocte ad proximã mediã noctem in his horis .xxiiii. na-

Dierū obseruatio

fuerit:una die nati dicunť. Quibus uerbis ita uiř dierū obseruationē diuisisse: ut qui post solem occasum ante mediā noctē natus sit:is ei dies natalis sit:a quo die ea nox cœperit. Cōtra uero qui in sex horis posterioribus nascitur:eo die uideri natum: qui postea noctē diluxerit. Athenieſes autē aliter obseruare idē Varro in eodem libro scripsit. eosq a sole occaso ad solē iterū occidentē omne id mediū tempus unum diē esse dicere. Babylonios porro aliter. A sole enim exorto ad exortū eiusdē icipientē:totum id spaciū unius diei noie appellare: Multos uero in terra umbria unū & eundē diē esse dicere a meridie usq ad isequētē meridiē. Quod quidē Varro iquit nimis absurdū est. Nā qui calēdis hora sexta natus est:apud umbros dies eius natalis uideri debebit & calendarū dimidiaꝶ:& qui est post calēdas dies :ante horā eiusdē diei. vi. Populū autē romanum ita uti Varro dixit :dies singulos annumerare a media nocte usq ad mediā proximā multis argumētis ostēdit. Sacra sunt romana parti diurna: parti nocturna. Sed ea quæ iter noctē fiunt:diebus adiciuntur non noctibus. Quæ igit sex posterioribus noctis horis fiūt:eo die fieri dicuntur:qui ꝓxim⁹ eā noctē illucescit. Ad hoc ritus quoq & mos auspicādi eandē esse obseruationē docet. Nā magistratus quādo una die eis est auspicandū:& id sup quo auspicauerūt agēdū post mediā noctē auspicantur:& post meridiē sole magno. Auspicatiq esse:& egisse ex eodē die dicuntur. Preterea tribuni plebei:quos nullū diē abesse Roma licet:cū post mediā noctē ꝓficiscūtur:& post ptimā facē āte mediā sequētē reuertūtur : nō dicuntur abfuisse unū diē. quādo ante horā noctis. vi. regressi:pte aliqua illius in urbe Roma sunt. Q. quoq Mutiū iuriscōsultū dicere solitū legi:nō eē usurpatam mulierem calēdis Ianuariis :quæ apud uirum causa matrimonii esse cœpisset. ante diem. iiii. calendas Ianuarias seqntis usurpatū isset. Nō. n. posse ipleri trinoctiū:qd abeē a uiro usurpādi cā ex. xii. tabulis deberet. quoniā tertię noctis posterioris sex horæ alteri⁹ āni essent:q iciperet ex calēdis. Istæc āt oīa de dieꝶ tpib⁹ & finib⁹ ad obseruationē disciplināq iuris antiq ptinētia :quū ī libris ueterū inuenirem⁹ nō dubitabam⁹:qn Virgilius quoq id ipsum ostēderit:nō exposite:atq apte:sed ut hominē decuit poeticas res agētē recōdita :& quasi opta ueteris iuris significatōe. Torquet iquit medios nox humida cursus. Et me sæuus equis oriēs afflauit anhelis. His. ii. uersib⁹ oblique sicut dixi:admonere noluit diē: quē Romāi ciuilē appellauerūt:a. vi. noctis hora oriri.

De noscēdis explorādisq Plauti comœdiis quoniā ꝓmiscue ueræ atq falsę nomine eius inscriptę feruntur. Atq inibi q Plautus in pistrino:& Neuius i carcere fabulas scriptitarunt: Cap. iii.

Plaut⁹

Erū esse cōperior:quod quosdā bene litteratos homines dicere audiui:q plerasq Plauti comœdias curiose:atq contente lectitarūt:nō iducibus Heluii nec Claudii :nec aurelii:nec Accii:nec manilii:super his fabulis :quę dicūť ambiguæ:credituros:sed ipsi plauto moribusq igenii :atq liguæ eius . Hac enim iudicii norma Varronē quoq esse usum uidemus. Nā præter illas unam & . xx. quæ Varronianę uocātur quas iccirco a cæteris segregauit: quoniā dubiosę non erant:sed consensu oīum Plauti esse censebaotur: quasdam itē alias probauit adductus stilo atq facetia sermonis Plauto cōgruētis . Easq iam nominibus alioꝶ occupatas:Plauto uindicauit. Sicuti istam quam nuperrime legebamus cui est nomen boetia : nam quū in illis una: & . xx. nō sit: & esse aquilii dicať :nihil tamen Varro dubitauit quin

Boetia comœdia.

Plauti foret: neq; alius quisquã nõ ifreqũes Plauti lector dubitauerit: si uel hos soles
uersus ex ea fabula cognouerit: qui quoniã sunt: ut de illius Plauti more dicã planis
nissimi: ppterea & meminimus eos: & ascripsimus. Parasitus ibi exuriẽs hęc dicit.

Vt illum dii perdant: primus qui horas repperit.
Quiq; adeo primus statuit hic solarium.
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam me puero uetus erat salarium.
Multo oĩum istorum optimũ: & uerissimũ.
Vbi ubi iste monebat esse: nisi cum nihil erat.
Nunc etiã quod est: nõ estur: nisi cum soli lubet.
Itaq; adeo iam oppletur oppidũ solaris.
Maior pars populi aridi reptant fame.

Neruu laria cõ. Phauorinus quoq; noster: quũ Neruulariã Plauti legerem: quę iter incertas est habi
ta: & audisset ex ea comœdia uersũ hũc. Stratæ scruppę de strato uluæ sordidę. De
lectatus faceta uerborũ antiquitate: meretricũ uitia: atq; deformitates significantiũ:
uel unus hercle inquit hic uersus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse.

Fretũ comœdia Nos quoq; ipsi nuperrime: cũ legeremus fretũ: nomen est id comœdiæ: quam Plauti
esse quidã nõ putãt: haud quicq̃ dubitamus: quin Plauti foret: & omniũ maxime ge
nuina. Ex qua duos hos uersus exscripsimus: ut historiã quæreremus oraculi arietini.
Nunc illud est quod Arietini responsum magnis ludis dicit. Peribo si non fecero. Si
faxo: uapulabo. M. tamẽ Varro in libris de comœdiis plautinis primo actu uerba
hęc ponit. Nã nec gemini: nec leones: nec cordoliũ: nec Anus plauti: nec bis compres
sa. nec boetia unq̃ fuit. Neq; adeo ἄγροικος: neq; cõmorientes: sed. M. Accii. In

plauti9 poeta eodẽ libro. M. Varronis id quoq; scriptũ ẽ: Plautiũ fuisse quempiam poetam come
diarũ. Cui9 quoniam fabulę plauti iscripte forent: acceptas eẽ: quasi plautinas: quũ
eẽnt nõ a Plauto plautinæ.: sed a plautio plautiane. Feruntur aũt sub Plauti noie co
mœdiæ circiter: centum atq;. xxx. Sed hõ erudītissimus Lælius quinq; &. xx. eẽ eius
solas existimauit. Nõ tamẽ dubiũ ẽ: quin ista: & q̃ scripta a Plauto nõ uidẽt: & no
mini eius adiciuntur: ueterũ poetarũ fuerint: & ab eo retractatę & expolitæ sint. Ac
propterea recipiant dictũ plautinum. Sed enim Saturionem: & Addictum: & ter
tiã quandam: cuius nũc mihi nomen non suppetit. in pristino eum scripsisse Varro:

Molę trusatiles & pleriq; alii memorię tradiderũt cũ pecunia omni quã in operis artificum scenicorũ
pepererat: in mercationibus perdita inops Romã redisset. & ob quærendũ uictum
ad circumagẽdas molas: q̃ trusatiles appellãt: operã pistori locasset. Sicuti de neuio

Neui9 quoq; accepimus fabulas eũ in carcere duas scripsisse Laureolũ & Leontẽ: cũ ob assi
duã maledicentiã: & pbobra in pricipes ciuitatis: de græcorũ poetarũ more dicta: in ui
cula Romę a triumuiris cõiectus esset: unde post a tri. ple. exẽptus est: cum iis quas
supra dixi fabulis: delicta sua: & petulãtias dictorũ qb9 multos ãte lęserat diluisset.

Quod. P. Africano: & aliis tunc uiris nobilibus ante ætatem senectam barbam
& genas radere: patrii moris fuit. Cap. iiii.

i N libris: quos de uita. P. Scipionis Africani compositos legimus scriptũ ani
maduertimus. P. Scipioni Pauli filio: post q̃ de pœnis triumphauerat: censorq;
fuerat: eidem diẽ dictũ ad populum a Claudio Asellio tri. ple. cui equũ ...

fura ademerat. Eúq; quú eét reus: neq; barbã desisse radi: neq; nõ cãdida ueste uti: ne-
q; fuisse cultu solito reo;. Sed quũ in eo tẽpore Scipioné minoré. xl. anno; fuisse
(c)onstaret: qd de barba rasa ita scriptũ esset mirabamur. Cõperim9 auté cæteros quoq; in
iisdem tẽporibus nobiles uiros: barbã in eiusmodi ętate rasitauisse. Idcircoq; plerasq; im-
magines ueteꝝ: non admodũ senum: sed in medio ætatis ita factas uidemus. Raden di barba mos

Delitiaꝝ uitium: & mollicies oculorũ: & corporis. ab Archesilao philosopho cui-
dam obprobrata acerbe simul & festiuiter. Cap. v.

p Lutarchus refert Archesilaum philosophum uehementi uerbo usum esse de
quodam nimis delicato diuite: qui incorruptus tamen: & castus perinteger di-
cebatur: Nam quum uocem eius infractam: capillumq; arte compositum: &
oculos ludibundos atq; illecebræ uoluptatisq; plenos uideret: nihil interest inquit: q-
bus membris cinædi sitis posterioribus: an prioribus. Archesilai uerbum

De ui atq; natura palmę arboris: qd lignũ ex ea põderibus ĩpositis renitat̃. Ca. vi.

Ethercle rem mirandam Aristo. in. vii. ꝓblematũ: & Plutar. in. viii. sympho-
sico; scribit. Si super palmæ inquit arboris lignũ magna põdera imponas: ac
tam grauiter urgeas: oneresq;: ut magnitudo honeris sustineri nõ queat: nõ de-
orsum palma cędit: nec ĩtra flectitur: sed aduersus põdus resurgit: & rursũ nititur: re-
curuaturq;. Propterea inquit Plutarchus in certaminibus palmã sͣgnũ esse placuit ui-
ctoriæ: quoniam ingenium eiusmodi ligni est: ut urgeatibus premẽtibusq; nõ cedat. Palmæ natura

Historia ex annalibus sumpta: de. Q. Ceditio trib. militũ. uerbaq; ex originibus
M. Catonis apposita: qbus Ceditii uirtuté cũ Spartano leonida æqparat. Ca. vii.

p Vlchrum dii boni facinus: græcarũq; facundiaꝝ magniloquentia cõdignum.
M. Cato in libris originũ de. Q. Ceditio trib. militũ scriptũ reliquit. Id ꝓfe-
cto est ad hanc ferme sñiam. Impator pœnus in terra sicilia bello carthaginen-
si primo: obuiam romano exercitui ꝓgreditur: colles locosq; idoneos prior occupat.
Milites Romani: uti res narrata est: in locum insinuant fraudi & pernicici obnoxiũ.
Tribunus ad consulé uenit. Ostendit exitũ de loci ĩportunitate: & hostium circũstan-
tia. Maturꝰ censeo inqt: si rem seruare uis: faciundũ: ut. cccc. aliquos milites ad ueru-
cam illã (sic enim. M. Cato locũ editũ: asperumq; appellat) ire iubeas. Eãq; uti occu-
pent: imperes horterisq;: hostes ꝓfecto ubi id uiderint: fortissimus quisq; & promptis-
simus: ad occursandum pugnandũq; in eos preuertentur: unoq; illo negocio sese alli-
gabunt: atq; illi oés. cccc. ꝓculdubio obtrũcabuntur. Tu interea occupatis in ea cæ-
de hostibus: tempus exercitus ex hoc loco educẽdi habebis. Alia: nisi hæc salutis uia
nulla est. consul tribuno respõdit: consilium quidem fidum: atq; prouidens sibi uide-
rier. Sed istos inquit milites. cccc. ad eũ locum in hostium cuneos: quisnã erit: qui du-
cat? Si aliũ inquit tribunus: neminé reperis: me licet ad hoc periculũ utare. Ego hanc
plura uerba adscripsimus: ut simul ibidē: qd ipse īter res gestas: & annales eē dixerit: ostēderem⁹. Ver inter eos inqt: q annales relinquere uoluissent: & eos q res gestas a Romanis pscribere conati essent: oium re hoc iterfuit. Annales libri tātūmodo qd factū quoq anno gestūue sit id demōstrabāt. Id eo ē: q quasi diariū scribūt. quam greci ephemerida uocāt. Nobis nō modo satis esse uideo: qd factum eēt id pnūciare: sed etiā quo cōsilio: qua rōne gesta eēnt: demōstrare. Paulo autē post idē Asellio i eodē libro. nā neq alacriores ad rēpu. defendēdā: neq segniores ad res pperam faciūdas annales cōmouere qcq̄ possunt. Scribere aūt bellū quo initiū cōsule: & quo confectū sit: & qs triūphās introierit: ex eo libro: quę ī bello gesta sunt iterare: id fabulas eē pdicare aut: aut interea qd senat⁹ decreuerit: aut quę lex: rogatiōe lata sit: neq qbus consiliis ea gesta sūt iterare: id fabulas pueris est narrare nō historias scribere.

Quid sit adoptatio: qd itē sit arrogatio: quātum q hęc īter se differāt: uerba q eius quę qualia q sint: q in liberis arrogādis super ea re populū rogat. Cap. xix.

Vum in alienā familiā: inq liberor locū extranei sumūtur: aut p prętorem fit adopra
q aut per populum. Quod p prętorē fit: adoptatio dicitur. Quod per populū tio
arrogatio. Adoptātur autē: quū a parente: in cui⁹ potestate sunt: tertia manci arroga
patiōe in iure cedūtur. Atq ab eo q adoptat: apud eū: apud quē legis actio ē: uindicā tio
tur. Arrogātur ii: q quū sui iuris sint in alienā sese potestatē tradūt. Eiusq rei ipsi au
ctores fiunt. Sed arrogationes nō temere: nec inexplorate cōmittūtur. Nā comitia arbitris pōtificib⁹ prębent: quę curiata appellātur. Aetas quoq ei⁹: qui arrogare uult: an liberis potius gignundis idonea sit: bona q eius: q arrogatur: ne insidiose appetita sint: cōsideratur. Iusq iurādum a pōti. maxi. cōceptum dr: quod in arrogando iuratur. Sed arrogari nō potest: nisi iam uesticeps. Arrogatio aūt dicta: qa genus hoc in alienā familiam trāsitus per populi rogationē fit. Eius rogationis uerba hęc sunt. Velitis iubeatis: uti. L. Valerius. L. Titio tam iure: lege q filius sibi fiat: q̄ si ex eo patre matre q familias eius nat⁹ esset: Vtiq ei uitę: necisq in eū potestas fiet: uti parendo filio est. hęc ita uti dixi: ita uos qrites rogo. Neq pupillus aūt: neq mulier: quę in parentis potestate est arrogari potest: quoniā & cū fœminis nulla comitio cōmunio ē: & tutoribus in pupillos tantā esse auctoritatē: potestatē q fas non est: ut caput liberū fidei suę cōmissum alienę ditioni subiciant. Libertinos uero ab ingenuis adoptari qdem iure posse. Massurius Sabinus scripsit: Sed id neq pmitti dicit: neq pmittēdum esse unq̄ putat: ut hoīes libertini ordinis per adoptionē in iura ingenuo inuadāt. Alioquin inqt si iuris ista antiquitas seruetur: etiā seruus a domino p prętorē dari i adoptionē pōt. Idq ait plero sq iuris ueteris auctores posse fieri scripsisse. Aīaduertim⁹ in oratione P. Scipionis: quā censor habuit ad populū de moribus: inter ea: quę reprehēdebat q cōtra maio instituta fierent: id etiā eum culpauisse: q filī⁹ adoptiuus patri adoptatori inter pręmia patrum prodesset. Verba ex oratiōe hęc sunt. in alia tribu patrem: in alia filium suffragium ferre. Filium adoptiuum tam pcedere: q̄ si senatū habeat absentis censeri iuberet: ut ad censum nemini necesse sit uenire. solœcis

Quod uocabulū latinū solœcismo fecerit Capito asinius: qd autē ipsum appellauerint ueteres latini: qbus q uerbis solœcismum definierit idē Capito asini⁹. Cap. xx. mus impari

S Olœcismus latino uocabulo ab asinio Capitone: eiusdē q ętatis aliis īparilitas appellatus: a uetustiorib⁹ latinis stribiligo dicebat: a uersura uidelicet: & litas Stribiligo

prauitate tortuosæ orationis: tanq̃ stéroblígo quædam. Quod uitium Asinius capito in litteris: quas ad Clodiũ Thuscũ dedit hisce uerbis definit. Solœcismus est inæqualis impar & inconueniens cõpositura partiũ orationis. Quũ græcũ aũt uocabulũ sit soloecismus: an attici hoies: qui elegãtius locuti sunt: usi eo sint quæri solet. Sed nos neq̃ soloecismum neq; barbarismũ apud grecorum idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut βαρβαρον. idest barbarum: ita σολοικον: idest soloecum dixerũt. Nostri quoq; antiquiores soloecum facile: solœcismum haud scio an unq̃ dixerint. Quod si ita est: neq̃ in græco: neq; in latino solœcismus probe dicitur.

Barbarismus Solec9

Pluria qui dicat: & cõpluria: & cõpluries non barbare dici sed latine. Cap. xxi.

Pluria Cõpluria

PLuria forte qs dixit sermocinans uir apprime doctus meus amicus non hercle studio ferẽs ostẽtãdi: neq; quo plura dicẽdũ nõ putaret. Est enim doctrina homo seria: & ad uitæ officia deuincta: ac nihil de uerbis laborãte. sed opinor assidua ueterũ scriptorũ tractatione inoleuerat linguæ illius uox: quã in libris sepe offenderat. Aderat: quũ ille hoc dixit: reprehẽsor audarulus uerborũ: q perpauca: eadẽque a uulgo ptrita legerat. Habebatq; nõnullas disciplinæ grãmaticæ inaudaciũculas: partim rudis: ĩchoatasq;: partim nõ pbas. Easq; q̃si puluerẽ ob oculos: quũ adort9 quẽq; fuerat aspgebat. Sicut tũc amico nr̃o barbare inqt dixisti pluria. Nã neq; rõnẽ uerbũ hoc: neq; auctoritates habet. Ibi ille amicus ridẽs: amabo te inqt uir bone: qa nũc mihi a magnis seriisq; reb9 ociũ est: uelim doceas nos: cur pluria: siue cõpluria (nihil enim differt) nõ latine: sed barbare dixerint. M. Cato: &. Q. Claudius: Valc. Antias. L. lælius. P. Nigidi9. M. uarro: quos subscriptores: approbatoresq; huius uerbi habem9. Præter poetarũ oratorũq; ueterũ multã copiã. Ad quę ille nimis arroganter: tibi inqt habeas auctoritates istas: ex faunorũ: & aboriginũ sæculo repetitas: atq; huic rationi respõdeas. Nullum. n. uocabulũ neutrũ ɔparatiuũ: numero pluratiuo: casu recto: ante extremũ a habet i litteram: sicuti meliora: maiora: grauiora: pinde igitur plura & nõ pluria dici cõuenit: ne cõtra formã ppetuã in cõparatiuo i lr̃a sit ante extremum a. Tum ille amicus noster quũ hoiem cõfidentẽ pluribus uerbis nõ dignũ existimaret Asinii inqt Capitonis doctissimi uiri epistolæ sunt: uno in libro multæ opinor positæ in tẽplo pacis. Prima epistola scripta est ad Pacuuiũ Labeonẽ: cui titulus præscriptus est pluria: nõ plura dici debere: in ea epistola rõnes grãmaticas posuit: per quas docet pluria latinũ esse: plura barbarũ. Ad Capitonẽ igitur te dimittimus: Ex eo id quoq; simul disces: si modo asseq poteris: qđ in ea epistola scriptũ est. pluria siue plura absolutũ est siue simplex: nõ ut tibi uidetur cõparatiuũ. Huius opiniõis asinianæ id quoq; adiumẽtũ est: q cõpluries quũ dicimus: nõ cõparatiue dicimus. A b eo aũt qđ est compluria: aduerbiũ est factũ cõpluries. Id quoq; quoniã minus usitatũ est: uersũ Plauti subscripsi ex comœdia: quę psa inscribitur. Quid metuis? do. Metuo hercle uero. Sẽsi ego cõpluries. Itẽ. M. Cato in quarto originũ eodẽ in loco ter hoc uerbũ posuit. Cõpluries eorum milites mercenarii inter sese multi alteri alteros occidere. Compluries multi simul ad hostis transfugere. Compluries in imperatorem impetũ fecere.

Cõpluries

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEXTVS.

Quenadmodum respondent Chrysippus aduersus eos: qui prouidentiam consistere negauerunt. Caput Primum.

Omines fecisse dr̃ptãtam uim esse erũnaꝝ: & maloꝝ aduersus ea Chry-
sippus: quũ in libro περι προνοίας.i. de ꝓuidẽtia qoarto dissereret: ni
h hil ẽ prſus istis inqt nihil īpitius: q opinãtur bona esse potuisse: si non
ẽẽnt itidẽ mala. Nã quũ bona malis contraria sint: utraq; necessariũ est
opposita īter sese: & q̃si mutuo aduersoq; fulta nixu cõsistere. Nullum
adeo cõtrariũ sine cõtrario altero: quo.n. pacto iustitię sensus esse posset: nisi eẽnt in-
iuriæ? Aut qd aliud iustitia ẽ: q̃ iniustitię priuatio? Quid itẽ fortitudo ītelligi posset:
nisi ex ignauię oppositiõe? Quid ɔtinẽtia: nisi ex itemperantię? Quo itẽ modo pruden
tia eẽt: nisi foret cõtra īprudẽtiã: Proide inqt hoĩes stulti: cur nõ hoc ẽt desiderant: ut
ueritas sit: & nõ sit mẽdaciũ: Nãq; itidẽ sũt bona & mala: fœlicitas & īfortunitas: do
lor & uoluptas. Alteꝝ.n. ex altero (sicuti Plato ait) uerticib9 inter se cõtrariis deliga
tũ ẽ. Si tuleris unũ: abstuleris utrũq;. Idẽ Chrysipp9 in eodẽ libro tractat: ɔsideratq;
dignũ eẽ id q̃ri putat: εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται. i. an hominum
morbi scd̃m naturã ꝓueniãt. idest natura ne ipsa reꝝ: uel ꝓuidẽtia: quę cõpagem hãc
mũdi: & genus hoĩum fecit: morbos quoq;: & debilitates: & ægritudines corpoꝝ: q̃s
patiũtur hoĩes; fecerit: Existimat aũt nõ fuisse hoc pricipale naturę consiliũ: ut faceret
hoĩes morbi obnoxios. Nunq̃.n. hoc cõuenisse naturæ auctori: parẽtiq; reꝝ oĩum bo
naꝝ: Sed quũ multa inqt atq; magna gigneret: pareretq; aptissima: & utilissima: alia
quoq; simul agnata sunt icõmoda iis ipsis: quę faciebat cohęrẽtia. Eaq; nõ ꝑ naturam
sed ꝑ sequellas quasdã necessarias facta dicit: qd̃ ipse appellat: κατὰ παρακολούθησιν
i. ꝑ sequellã. Sicut inqt: quũ corpora hoĩum natura fingeret: ratio subtilior: & utilitas
ipsa opis postulauit: ut tenuissimis minutisq; ossiculis caput cõpingeret. Sed hãc uti
litatẽ rei maioris: alia quędã incõmoditas extrinsecus cõsecuta est: ut fieret caput tenu
iter munitũ. & ictibus: offensiõibusq; paruis fragile. Proide morbi quoq; & ægritudi
nes partæ sunt: dum salus paritur. Sic hercle inqt dum uirtus hominibus per cõsiliũ
naturæ gignitur: uitia itidem per affinitatẽ contrariam nata sunt.

Quo itidẽ modo: & uim necessitatemq; fati constituerit: & esse tamen in nobis cõ
siliorũ iudiciiq; nostri arbitrium confirmarit. Cap.ii.

Atũ: qd̃ græci πεπρωμένην: uel εἱμαρμένην norãt: ad hãc ferme sniam Chry Fatum
f sipp9 stoicę priceps philosophiæ definit. Fatũ est iqnit sẽpiterna quædã & i-
declinabilis series reꝝ: & catena uoluẽs semetipsa sese: & īplicãs ꝑ æternos cõ
sequẽtiæ ordĩes: ex qbus apta cõnexaq; est. Ipsa aũt uerba Chrysippi: q̃tũ ualui: me-
moria adscripsi: ut sicut meũ istud īterpretamẽtum uidebitur esse obscuri9: id ipsius
uerba aĩaduertat. In libro.ii. περι προνοίας. idest de ꝓuidẽtia q̃ero εἱμαρμένην: fatũ
esse dicit: φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακο
λουθούντων καὶ μεταπολουμένων ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς:
idest naturalẽ quẽdã ordinẽ oium reꝝ ex æterno aliis ad alia cõsequẽtib9: & īcõmuta
bili manẽte eiuscemodi cõplicatione: Aliaꝝ aũt opinionũ disciplinarũq; auctores hu
ic definitiõi ita obstrepũt: si Chrysippus inquiũt fato putat oĩa moueri: & regi: nec de
torqueri: trãscendiq; posse agmina fati: & uolumina: peccata quoque hominũ & delicta
nõ subsistẽda: neq; cõdicenda sunt ipsis: uolũtatibusq; eoꝝ: sed necessitati cuidam: &
instantię quæ oritur ex fato: oĩumq; reꝝ domina: & arbitra: ꝑ quã necesse sit fieri: qcqd
futuꝝ est. Et ꝓpterea nocẽtium pœnas legibus inique cõstitutas: si hoĩes ad maleficia

plinā pertinēte. Sed Higinus minus hercle ineptus est: cū quid præpētes essent ... teratus est. Virgiliū autē & Trimatiū doctū uiros ignorasse: qui in secundo Iliados ... ctoriā uolucrē præpetē appellauit in hoc uersu. Dū dat uincēti præpes uictoria pal... mā. Cur autē nō. Q. quoq; Enniū reprehēdit: qui i annalibus nō ut Virgilius pēnas Dædali præpetes: sed lōge diuersius inqt. Brūdusium pulchro præcīctū præpete por... tu. Et si uim potius naturāq; uerbi cōsiderasset: neq; id solū: qđ augures dicerēt inspe... xisset: ueniā prorsus poetis daret similitudine & trāslatiōe uerborum nō significātia ... uētibus. nam quoniam nō ipsę tātum aues: quæ prosperius præuolār: sed etiam lo... quos capiunt: q; idonei: fœlicesq; sunt: præpetes appellātur. Iccirco Dędali pēnas præ... petes dixit: quoniā ex locis i quibus periculum metuebat: in loca tutiora peruenerat. Locos porro præpetes & augures appellant. & Ennius i annalium primo dixit.

Præpetibus hilares sese: pulchrisq; locis dant.

Aues inferę Auibus aūt præpetibus cōtrarias auis iferas appellari Nigidius figulus i libro primo augurii priuati ita dicit. Discrepat dextra sinistræ: præpetibus inferæ. Ex quo est coie... ctare præpetes appellatas: quę altius sublimiusq; uolitēt: quū differre a præpetib9 Ni... gidius iferas dixerit. Adolescēs ego Romæ: tum quum etiam ad grāmaticos itarem audiui Apollinarē Sulpitiū: quem i primis sectabar: quum de iure augurio quæreretur: & mētio præpetū auiū facta esset: c. L. Claro præfecto urbis dicere præpetes sibi ui... deri esse alites: quas Homerus ταvυπτέρυγος: idest exporreptas passasq; & prolixas habētes alas appellauerit. Quoniā istas potissimū augures spectarent: quæ ingentibus alis patulæ: atq; porrectæ præuolarēt. Atq; ibi hos Homeri uersus dixit.

Tύνη δ' οἰωνοῖσι ταvυπτερύγεσσι κελεύεις

πείθεσθαι τῶν οὔτι μεταρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω.

Me tu præpetibus parere uolucribus ipsum

Mandas: quas equidem temnoq; animoq; recuso.

De Acca Larentia: & Caia Tarratia: deq; origie sacerdotii fratrū Arualiū. Ca. vii.

Acca larentia Caia tarratia A Ccæ Larentiæ: & Caiæ Tarratiæ: siue illa Suffetia est: noia i antiqs annalib9 celebria sunt. Earū alteræ post mortē: Tarratiæ autē uiuæ amplissimi honores a po. ro. habiti: & Tarratiā qdē uirginē Vestę fuisse lex horatia testis ē: q̄ super ea ad populū lata q̄ ei plurimi honores fiūt. Inter quos ius quoq; testimōii dicēdi tribuitur. Testabilisq; una oīum fœminarum ut sit datur. Id uerbū est ipsi9 legis horatiæ. Cōtrariū ē in. xii. tabulis scriptū. Improb9 itestabilisq; esto. Prętęrea si. lx. annos nata sacerdotio abire: ac nuber uoluisset: ius ei potestasq; exaugurādi: atq; nubēdi facta ē: munificētię & beneficii grā: q; cāpū tiberinū: siue martiū po. ro. condonasset. Sed Acca Larētia corpus i uulg9 dabat. pecuniāq; emeruerat ex eo quęstu uberē: ea testamēto: ut i Antiatis historia scriptū ē. Romulū regē: ut qdā aūt alii tradiderūt po. ro. bōis hæredē fecit. Ob id meritū a flamine qrinali sacrificiū ei publice fit: & dies e nomine eius i fastos addit9. Sed Sabin9 Massuri9 i primo memoraliū secutus quosdā historię scriptores. Accā larētiam Romuli nutricē fuisse dicit: Ea i quit mulier ex. xii. filiis maribus unū morte amisit. In illi9 locū Romulus Accæ Larētiæ sese filiū dedit. Seq; aruales fratres & cęteros ei9 filios fratres aruales appellauit. Ex eo tpe collegiū mãsit fratrū arualium numero. xii. cuius sacerdotii insigne est spicea corona: & albæ infulæ.

De Alexandro: & de. P. Scipione memoratu digna. Cap. viii.

πολυΐστωρ grecus homo: qui πολυίστωρ. idest multiscius est appellatus: faci
li atq alacri facūdia fuit. Is quū de Alexādri regis laudib9 scriberet: uicti inqt alexan-
hostis uxorē facie iclyta mulierē uetuit in cōspectū suū deduci: ut eā ne ocu- der
lis suis q dē cōtingeret. Lepida igitur questio agitari pōt: utrū uideri cōtentiorē par sit. P. Sci-
P. et Africanū supiorē: q carthagīe ampla ciuitate ī hispania expugnata: uirginē tēpe pio afri
sui forma egregia: nobilis uiri hispani filiā captā: pductāq ad se prī inuiolatā red- canus
didit: an regē alexādrū: q Darii regis uxorē: eandēq eiusdē sororē praelio magno captā
quā esse audiebat exuperāti forma: uidere noluit: perduciq ad se phibuit: Sed hanc
utraq declamatiūculā super alexādro: & Scipione celebrauerit: quibus abūde igenii
ocii: & uerbor est. Nos satis habebimus: qd ex historia est: id dicere. Scipionē istū
uerone an falso incertum fama tamē: quum esset adolescens: haud sincera fuisse: &
propemodum cōstitisse hosce uersus a Cn. Neuio poeta in eum scriptos esse.

Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose
Cuius facta uiua nunc uigent: qui apud gentis solus
Praestat: eum suus pater cum pallio una ab amica abduxit.

His ego uersibus credo adductū Valeriū antiatē aduersus oīs caeteros scriptores de
Scipionis moribus sensisse: & eā puellā captiuā nō redditā prī scripsisse: cōtra quā nos
supra diximus: sed retētā a Scipiōe: atq ī delitiis: amoribusq ab eo usurpatā.

Locus exēptus ex annalibus. L. Pisonis historiae & orōnis lepidissimae. Cap. ix.

Q Vod res uidebat memoratu digna: quā fecisse Cn. Flauiū anni filiū aedilē cur-
rulē. L. Piso ī tertio annali scripsit. Eaq res pquāpure. & uenuste narrata a Pi-
sone: locū istū totū huc ex Pisonis annali trāspositum9. Cn. inqt Flauius prē li
bono nat9 scriptū faciebat: Isq ī eo tpe aedili currulī apparebat quo tpe aediles sub- Cn. fla
rogitur. Eūq p tribu ędilē currulē renūciauerūt. A c aedilis: q comitia habebat: negat uius
accipe. Neq sibi placare: q scriptū faceret: eū aedilē fieri. Cn. Flaui9 Annii filius dī ta-
bulas posuisse: scriptu sese abdicasse. Isq aedilis currulis factus ē. Idē Cn. Flauius an-
nii filius dī ad collegā uenisse: uisere aegrotū: & in cōclaue postq introiuit adolescētes
ibi complures nobiles sedebāt. Ii contēnentes eum assuegere ei nemo uoluit. Cn. Fla-
uius anni filius aedilis id arrisit. Sellā currulē iussit sibi afferri. Eam in limine apposu
it: ne qs illor exire posset. Vtiq ii oēs inuiti uiderēt sese in sella currulī sedentem.

Historia sup Euclide socratico: cuius exēplo Taurus philosophus adhortari ado
lescētis suos solitus est: ad philosophiā gnauiter sectandam. Cap. x.

P Hilosophus Taur9 uir memoria nr̄a in disciplina platonica celebrat9: cū aliis
bonis multis: salubribusq exēplis hortabatur ad philosophiā capessendā: tū
uel maxime ista re aīos iuuenū expgebat. Euclidē quā dicebat socraticū factita
uisse. Decreto inqt suo atheniēses cauerāt: ut q megaris ciuis esset: si intulisset athenas
pedē deprehensus esset: ut ea res homini capitalis esset. Tāto atheniēses inqt odio flagra
bāt finitimor hoīum megarēsiū. Tū Euclides: q indidē megaris erat: qq etiā ante id
decretū: & esse athenis: & audire Socratē cōsueuerat: postq id decretū sāxerūt: sub no Eucli-
ctē priusq aduesperasceret: tunica lōga muliebri indut9: & pallio uersicolore amict9 des
caput: & ora uelatus: e domo sua megaris athenas ad Socratē cōmeabat: ut uel no
ctis aliquo tpe cōsilior: sermonūq eius fieret particeps. Rursusq sub lucē milia pas-
suū paulo amplius uiginti eadē ueste illa intectus redibat. At nūc inqt uidere est phi

losophos ultro currere: ut doceant: ad fores iuuenum diuitũ. eosq; ibi sedere: atq; opperiri prope ad meridiẽ: donec discipuli nocturnũ omne uinum edormiant.

Verba ex oratione. Q. Metelli Numidici: quę libuit meminisse ad officium grauitatis dignitatisq; uitę decentia. Cap. xi.

c Vm inquatissimis hoibus nõ esse cõuitio decertãdum: neq; maledictis aduersus ĩpudẽtis & ĩprobos uelitãdũ: quia tãtisper similis & cõpar eoꝝ fias: dũ paria & cõsimilia dicas: atq; audias: nõ minus ex oratiõe. Q. Metelli Numidici sapiẽtis uiri cognosci potest: q̃ ex libris & disciplinis philosophoꝝ. Verba sũt hęc Metelli aduersus. Cn. Mãliũ tri. ple. a quo apud populũ ĩ cõcione lacessit9: iactatusq; fuerat dictis petulãtib9. Nũc qd ad illũ attinet qrites: quoniã se ampliorẽ putat esse: si se mihi inimicũ dictauerit: quẽ ego mihi neq; amicũ recipio: neq; inimicũ respicio ĩ eum ego nõ sum plura dicturus. Nam eum ĩdignissimũ arbitror cui a uiris bonis benedicatur. Tum ne idoneũ qdẽ cui a probis maledicatur. Nã si in eo tẽpore huiuscemodi homũculum nomines: in quo punire nõ possis: maiore honore: q̃ cõtumelia afficias.

Q ď neq; testamẽtũ sicuti Seruι9 Sulpιι9 existimauit: neq; sacellũ sicuti Trebati9 duplicia uerba sũt: sed a testatiõe alteꝝ pductũ: alteꝝ a sacro dimminutũ. Cap. xii.

f Eruius Sulpitius iurecõsultus uir ætatis suæ doctissimus: ĩ libro de sacris detestandis secũdo: qua ratiõe adductus testamẽtũ uerbũ eẽ duplex scripserit nõ

Testamentũ

reperio. Nã cõpositũ dixit a mẽtis cõtestatiõe. Quid igitur calciamẽtũ? quid paludamẽtum? qd pauimẽtum? qd uestimẽtum? qd alia mille per huiuscemodi formã pducta? Etiã ne ista oia cõposita dicemus? Obrepsisse autẽ uidetur Seruio: uel si qs alius est: qd prior dixit: falsa qdẽ: sed nõ abhorrẽs: neq; incõcinna: q̃si mẽtis quędam ĩ hoc uocabulo significatio: sicut hercle. C. quoq; Trebatio eadem cõcinnitas obrepsit.

sacellũ

Nam ĩ libro de religiõib9 secũdo. Sacellũ est ĩquit: locus paruus deo sacratus cum ara. Deide addit uerba hæc. Sacellũ ex duob9 uerbis arbitror cõpositum: sacri & cellæ: quasi sacra cella. Hoc qdẽ scripsit Trebatius. Sed qs ignorat sacellũ: & simplex uerbũ esse: & nõ ex sacro: & cella cõpositũ: sed ex sacro diminutum.

De quęstiunculis apud Taurum philosopbum in conuiuio agitatis: quę symposiacæ uocantur. Cap. xiii.

i Actitatũ hoc Athenis: obseruatũq; est ab iis: q erãt philosopho Tauro iũctiores: quũ domum suã nos uocaret: ne oĩno (ut dr̃) ĩmanes: & asymboli ueniremus cõiectabamus ad cœnulã: nõ cupedias ciboꝝ: sed argutias quęstionum. Vnusquisq; igitur nostꝝ cõmẽtus paratusq; ibat: qď quæreret. Eratq; initium loquendi edundi finis. Quęrebãtur aũt nõ grauia: nec reuerẽda: sed ἐνθυμημάτια. i. argutiolæ quædam lepida: & minuta: & florentẽ uino animũ lacessentia. Quale hoc ferme ẽ subtilitatis ludicræ quod dicam. Quæsitum est quando moriẽs moreretur? quũ iã ĩ morte esset: an tum etiã quũ in uita foret. Et q̃do surgẽs surgeret: quum iam staret: an tum etiã quũ sederet? Et qui artẽ disceret: quãdo artifex fieret: quũ iam esset: an tum quum etiã nõ esset. Vtrꝝ. n. hoꝝ dicas absurde: atq; ridiculose dixeris: multoq; absurdius uidebitur: si aut utrũq; esse dicas: aut neutꝝ. Sed ea omnia: quũ captiões eẽ qdã futiles & inanes diceret: Nolite inqt Taurus hęc: quasi nugaꝝ aliquẽ ludũ aspernari. Grauissimi philosophoꝝ: sup hac re serio quęsierũt. Et alii moriẽdi uerbũ: atq; momẽtum manẽte adhuc uita dici atq; fieri putauerunt. Alii nihil in eo tempore uitę reliquerũt

Totũq; illud: qđ mori dicit̃: morti uindicauerunt: Itẽ de ceteris similibus in diuersa tẽpora: & i cõtrarias sentẽtias discesserunt. Sed Plato inq̃t noster. neq; uitæ id tẽpus neq; morti dedit. Idẽq; in omni cõsimiliũ rerũ disceptatione fecit. Vidit quippe utrũq; esse pugnãs: neq; posse ex duobus cõtrariis: altero manẽte: alterũ cõstitui. Quæstio nẽq; fieri per diuersorũ: iter se finiũ: mortis & uitæ cohærentiam & iccirco peperit ipse: expressitq; aliud quoddã nouum in cõfinio tẽpus: qđ uerbis ꝓpriis: atq; integris τη/ ἐξαίφνης φύσιν. i. repentinã naturã appellauit. Idipsum ita uti dico: sq̃t in libro cui παρμενίδης titulus est: scriptũ ab eo reperietis τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιοῦτόν τι ἔοικε/ σημαίνειν. ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἑκάτερον. i. repẽte enim tale uidet̃ quippiam significare: qđ in alterum transeat. Talia apud Taurũ symbola: & alia quę erant se/ cundarũ mensarum: ut ipse dicere solitus erat τραγήματα. i. bellaria.

Puniẽdis peccatis tris esse tationes a philosophis attributas. Et quamobrem Plato earum ex iis meminerit. Cap. xiiii.

P Vniẽdis peccatis tris esse debere causas existimatũ ẽ. Vna est causa quæ νου/ θεσία. i. commonitio uel κόλασις aiaduersio scilicet & punitio: uel παραίνε/ σις. i. monitio & statutio: quũ pœna adhibet̃ castigãdi atq; emẽdãdi gratia ut is qui fortuito deliq̃t: attentior fiat correctiorq;. Altera est: quã ii qui uocabula ista curiosius diuiserunt τιμωρίαν appellant. i. pœnã. Ea cã aiaduertẽdi est: quũ digni/ tas auctoritasq; eius: in quẽ est peccatũ: tuẽda ẽ: ne pretermissa aiaduersio: contem/ ptũ eius pariat: & honorẽ leuet. Iccircoq; id ei uocabulũ a cõseruatione honoris factũ putant. Tertia tatio uindicandi est quę παράδειγμα. i. exẽplum a gręcis nominatur: quũ punitio ꝓpter exemplum necessaria ut cęteri a similibus peccatis: quę prohiberi publicitus interest: metu cognitę pœnæ deterreant̃. Iccirco ueteres quoq; nostri exẽ/ pla pro maximis: grauissimisq; pœnis dicebãt. quando igitur aut spes magna est: ut is qui peccauit citra pœnam ui ipse sese ultro corrigat: & spes cõtra nulla est: emenda/ ri eũ posse: & corrigi: aut iacturã dignitatis eius: in quẽ peccatũ est: metui nõ necesse est: aut nõ id peccatũ est cuius exemplo oecessario metu sanciendũ sit. Tum quicquid ita delictũ ẽ: nõ sane dignũ esse imponẽdę pœnę studiũ uisum est. Has tris ulciscẽ/ di rationes: & philosophi alii plurifariã: & noster Taurus in primo commentariorũ: quos in Gorgiam Platonis cõposuit: scriptas reliquit. Plato autem ipse uerbis apertis duas solas esse puniẽdi causas dicit. Vnã quã primo in loco: propter corrigendũ: al/ teram quã in tertio: propter exempli metũ posuimus. uerba sunt hęc Platõis i Gor/ gia. προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένου. βέλτιον γίνεσθαι. καὶ ὀνίνασθαι. ἢ παραδείγματι ἄλλοις γίνεσθαι ἵνα ἄλλοι ὁρῶν/ τες πάσχοντα φοβούμενοι βελτίους γίνωνται. i. aũt cõueniẽs: ut qui plectitur ab eo recte puniẽte: melior fiat & utilitatẽ capiat: Aut exẽplo cæteris sit: quo uidẽtes eum male affectũ præ metu reddant̃ mulieres. In hisce uerbis facile itelligas τιμωρίαν. punitionẽ & pœnã Platonem dixisse: nõ ut supra scripsi quosdam dicere: sed ita ut ꝓ/ miscue dici solet: pro omni punitione An ne autẽ q̃si oĩno paruã: & cõtẽptu dignã p̃/ termiserit pœnę sumendæ cãm: ꝓpter tuendã læsi hominis auctoritatẽ: An magis: q̃si eam quã dicebat: rei nõ necessariã pretermiserit: quum de pœnis nõ i uita: neq; inter ho/ mines: sed post uitę tẽpus capiendis scriberet: ego in mediũ relinquo.

De uerbo quiesco: an e littera corripi: an produci debeat. Cap. xv.

Puniendi tres causæ.

Micus noster homo multi studii: atq; in bonarũ disciplinarũ opere freq[...]
Quiescit. a uerbũ qescit: usitate e littera correpta dixit. alter itẽ amicus. hõi doct[...]
i præstigiis mirificus: cõmuniũq; uocũ respuẽs nimis: & fastidiẽs barba[...]
dixisse opinatus ẽ: quoniã pducere debuisset: nõ corripere. Nã qescit ita oportere [...]
ci prędicauit: ut calescit. nitescit: stupescit: atq; alia huiuscemodi multa: id ẽt adde
Quies bat: q; qes e pducto: nõ breui diceret noster aut. qua est oĩum rerũ uerecũdia: medi
critate: oẽ si heli qd ẽ cincit: & satyri dicendũ ita censuissent: obsecuturũ sese fuisse
cõtra ppetuã latinæ liguæ cõsuetudinẽ. Neq; se tã insignite locuturũ absona aut in
dita ut diceret. Litteras autẽ sup hac re fecit itẽ inter hæc exercitia quędã ludicra. [...]
qesco nõ ẽ e his simile: q̃ supra posuit: nec a quiete dictũ: sed ab eo quietẽ. Græceq; uo
cis εσχον και εσχον ionice a uerbo εχω ισχω: & modũ & originẽ uerbũ istud hẽre de
mõstrauit. Rationibusq; haud sane frigidis docuit qesco e lra lõga dici oõ cõuen[...]
diceret eiusmodi qspiã: q tumultuarus: & modicis lĩguę exercitationibus ad famam
se facũdiæ pmiserat: neq; orõnis latinę modos: usurpatione sue ullas didicerat.

Notũ uerbũ depcor a poeta Catullo ĩusitate qdẽ: sed apte positũ: & pprie: deq; [...]
ne eius uerbi: exemplisq; ueterũ scriptorũ Cap. xvi.

Vũ ĩ lycio forte uespa ãbularem⁹: uir qdã ludo ibi nob: & uoluptati fuit. Nã
deprecor q quũ eet uerbũ depcor nõ ctiuscule positũ ĩ Catulli carmĩe: qa id ignorabat: fri
gidissios uers⁹ eẽ dicebat: oĩum qdẽ meo iudicio uẽustissios: quos ĩ bscripsi.

Lesbia mi dicit semper male nec tacet unq̃
De me: dispeream: me nisi Lesbia amat.
Cui ego quasi eadem totidẽ mox deprecor illi
Assidue. uerũ dispereã nisi amo:

Deprecor hoc ĩ loco uir bon⁹ ita dictũ eẽ putat: ut ple
rũq; a uulgo dr: qd significat ualde pcor: & oro: & supplico. In quo de prepositio ad
augẽdũ & cumulãdũ ualet. Quod si ita eẽt: frigidi sane uersus forẽt. Nũc. n. cõm[...]
no ẽ. Nã de præpositio: quo quã ẽ ãceps: ĩ uno eodẽq; uerbo diuersitatẽ significatiõis
capit. Sic. n. deprecor a Catullo dictũ ẽ: q̃si detestor: uel execror: uel depello: uel abo
minor. Cõtra aũt ualet: quũ Cicero p. P. Sylla ita dicit. Quã multorũ hic uitã a Sylla
deprecatus ẽ. Itẽ ĩ dissuasiõe legis agrarię Siqd deliquero: nullę sunt urgines q me a
uobis deprecẽtur. sed neq; sol⁹ Catull⁹: ita isto uerbo usus ẽ. Plena adeo sunt libri ue
terũ similis ĩ hoc uerbo significatõis. Ex qb⁹ unũ & alterũ: q̃ suppetierãt appos[...]
Q. Ennius ĩ Erichtheo nõ lõge secus dixit: q̃ Catullus.
Quibus nũc inquit erumna mea libertatem paro.
Quibus seruitutẽ mea miseria deprecor significat abigo: & amolior: uel precãd[...]
ta: uel quo alio modo. Itẽ Ennius in cresphoote: Ego quũ m ex uita parcã: letũ [...]
micũ deprecor. Cicero in libro quinto de repu. ita scripsit: qd qdẽ eo fuit maius: q[...]
quũ in causa pari collegæ eẽnt: nõ modo iuidia pari nõ erãt sed ẽt claudii inuidiã Grac
chi caritas deprecabatur. Hic quoq; item nõ ẽ ualde precabatur: sed quasi propulsa
bat: & defendebat iuidiã. Quod gręci ppinqua significatione [...]. Id[...]
deprecor. i. excuso: euito: dicunt. Itẽ pro. A. Licinio similiter Cicero uerbo isto u[...]
tur. Quid inquit huic homini facias: Nõ ne cõcedas interdũ: ut excusatione su[...]
stultitię: summę pbitatis odiũ deprecetur. itẽ in Verrẽ actionis secundę pro[...]
Nũc uero qd faciat hortẽsius. Auaritiæ ne crimia frugalitatis laude deprecetur. A[...]

hominem flagitiosissimū: libidinosissimū: nequissimūq; defendat? Sic igit͛ Catullus eadem se facere dicit: quęrēs ueniā: q; & male diceret ei palam: respuereq;: & recusaret: detestareturq; assidue: & tamen eam penitus deperiret.

Quis oium primus libros publice prębuerit legēdos. Quantusq; numerus fuerit athenis ante clades persicas librorū in bibliothecis publicorū. Cap. xvii.

l Ibros athenis disciplinarū liberaliū publice ad legendum prębēdos: prim9 posuisse dicit͛ Pisistratus tyrānus. Deīde studiosi9 accuratiusq; ipsi atheniēses auxerūt. Sed omnē illā postea librorū copiā Xerxes athenarū potit9: urbe ipsa pręter arcē īcensa abstulit: asportauitq; in psas. Eos porro libros uniuersos multis post tēpestatibus Seleucus rex: qui Nicanor appellatus ē: referēdos athenas curauit. Ingēs postea nūer9 librorū ī egypto a ptolemæis regib9: uel cōqsit9: uel ɔfect9 est ad milia ferme uoluminū septīgēta. Sed ea oīa bello priore alexādrino: dū diripit͛ ciuitas: nō spōte: neq; opa cōsulta: sed a militib9 forte auxiliariis īcēsa sunt.

seleuc9 q nicanor. alexandrię bibliotheca.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBR. SEPTIMVS.

Admirāda quædā ex annalibus sumpta de. P. Africano supiore. Caput primum.

q Vod de Olympiade philippi regis uxore: Alexādri matre in historia græca scriptū ē: idē de. P. Scipionis quoq; matre: qui prior africanus appellatus est: memorię datum est. Nā & Cn. Oppius: & Iulius Higin9 aliiq; qui de uita. & rebus Africani scripserūt: matrem eius diu sterilem existimatam tradunt. P. quoq; Scipionem cū quo nupta erat: liberos desperauisse. Postea in cubiculo: atq; in lecto mulieris: quū absente marito cubans sola obdormisset: uisum repente iuxta eā cubare ingētem anguem. Eumq; iis: qui uiderant territis & clamātibus elapsum īueniri nō quisse. Idipsum. P. Scipionem ad aruspices retulisse. Eos sacrificio facto respondisse: fore ut liberi gignerēt. Neq; multis diebus postea q̄ ille anguis in lecto uisus est: mulierē cōcepisse: cōcepti fœtus signa atq; sensum pati. Exinde mense decimo peperisse. Natūq; esse hunc. P. Scipionē africanū: qui Annibalē & carthaginēses in Africa bello punico secūdo uicit. Sed & eum ipendio magis ex rebus gestis: q̄ ex illo ostēto: uirū esse uirtutis diuinę creditū ē. Id etiā dicere haud piget: qđ idē illi: quos supra noīaui: litteris mādauerint: Scipionem hunc africanū solitauisse noctis extremo: priusq̄ dilucularet ī capitoliū uētitare: ac iubere aperiri cellā iouis: atq; ibi solū diu demorari q̄si cōsultantē de repu. cum ioue. Aedituosq; eius tēpli sępe esse demiratos: q; solū id tēporis in capitoliū ingrediētem canes semper in alio sæuientes neq; latrarēt eū. neq; incurrerent. Has uulgi de scipione opiniones cōfirmare: atq; approbare uidebantur dicta: factaq; eius pleraq; admiranda. Ex quibus est unum huiuscemodi. assidebat: oppugnabatq; oppidū in hispania situ: mœnibusq;: ac defensoribus ualidū & munitū. Re etiam cibaria copiosum. Nullaq; eius potiundi spes erat. Et quodā die ius in castris sedēs dicebat. atque ex eo loco id oppidū procul uidebatur. Tū e militib9: qui in iure apud eū stabāt: īterrogauit quispiā ex more in quē diē locumq; uadimoniū promitti iuberet: Et scipio manum ad ipsam oppidi: qđ obsidebatur: arcē protēdens: perendie inquit sese sistant illo in loco. atq; ita factū. Die tertio: in quem uadari iusserat: oppidum captum est. Eodem die in arce eius oppidi ius dixit.

De Cesellii uindicis pudendo errore: quē offendimus in libris eius: quos inscripsit lectionum antiquarum. Cap. ii.

t Vrpe erratū offendim9 in illis celebratissimis cōmentariis lectionū antiquarū Cesellii uindicis. hominis hercle pleraq; haud indiligētis: qd' erratū multos fugit: q̄q̄ multa in Cesellio reprehēdēdo etiā per calūnias rimarēt. Scripsit autē Ceselli9. Q. Enniū in. xiii. libro annaliū cor dixisse masculino genere. uerba Cesellii subiecta sunt: Masculino genere cor: ut multa alia enunciauit Ennius. Nā in. xiii. annali quē cor dixit. adscripsit deinde uersus Ennii duos.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.
Ne bellū faciā. quē credidit eē meum cor?

Antiochus est qui hoc dixit asię rex. Is admirat': & permouetur: q; Annibal carthaginēsis bellū se facere po. ro. uolētem dehortetur. Hos autē uersus Cesellius sic accipit. Tanq̄ si Antiochus sic dixrat: Annibal me ne bellū gerā: dehortat': q; quū faciat: q̄le cor putat habere me ei: q̄ stultū esse me credit: quū id mihi persuadere uult. hoc Cesellius quidē. sed aliud lōge Ennius. Nā tres uersus sunt nō duo ad hāc Ennii sniam pertinētis. Ex quibus tertiū uersum Cesellius nō respexit.

Annibal audaci dū pectore dehortatur.
Ne bellū faciam quē credidit esse meum cor.
Suasorem summum: & studiosum robore belli.

Hoȝ uersuū sensus: atq; ordo sic opinor ē. Annibal ille audētissim9: atq; fortissim9 quē ego credidi. hoc. n. cor meū credidit. pīde atq; diceret: quē ego stult9 hō credidi fore summū suasorē ad bellandū: is me dehortat': dissuadet: ne bellū faciā. Cesellius āt forte σαυιωότερον. i. desidiosius ραφη. i. iunctura ista uerborū captus quē cor dictū putauit. & quē accētu acuto legit: quasi ad cor referret' nō ad Annibalē. Sed nō fugit me: si aliqs sit tā icōditus sic posse defendi cor Cesellii masculinū. ut uideat' tertius uersus separatī: atq; diuisim legēdus: perīde q̄si pcisis interruptisq; uerbis exclamet antiochus: suasorē summū. sed nō dignū ē eis. q hoc dixerit respōderi.

Quid Tullius Tyro Ciceronis libertus reprehenderit in. M. Catōis orōne: quā p rhodiēsib9 i sēatu dixit. & qd ad ea: quæ reprehenderat: respōderim9: Cap. iii.

rhodus Iuitas rhodiēsis: & isulę opportunitate: & operū nobilitate: & nauigādi solertia: naualibusq; uictoriis celebrata ē: ea rhodiensis ciuitas: quum amica

c atq; socia populi romani foret: Persa tamē Philippi filio Macedonū rege: cū quo bellū populo romano fuit amico usa est. Connixiq; sunt rhodiēses legationibus Romā sępe missis: id bellū inter eos cōponere. Sed ubi ista pacificatio perpetrari nequiuit: uerba a plerisq; rhodiēsibus i cōcionibus eorū ad populū facta sunt: ut si pax nō fieret: rhodiēses regem aduersum populum romanū adiutarēt. Sed nullum super ea republicū decretū factum est. at ubi Perses uictus: captusq; est: rhodienses p

Perses: timuere ob ea: quæ cōplurimes i cœtibus populi acta dictaq; erāt. Legatosq; romam miserunt qui temeritatē quorūdā populariū suorum deprecarēt': & fidem consiliumq; publicū expurgarēt. Legati postq̄ Romā uenerunt: & in senatū intromissi sunt: uerbisq; suppliciter pro causa sua factis: de curia excesserunt: sentētię rogari cœptę: quumq; partim senatorū de rhodiēsibus quererentur: maleq; eos animatos fuisse dicerēt: bellūq; illis faciēdū censerēt: Tum. M. Cato exurgit: & optimos fidissimosq;

socios: quoq; opibus diripiendis: possidendisq; nõ pauci ex summatibus uiris intẽti inhiaq; erant defensum conseruatũq; pergit orõneq; inclytã dicit. Quæ & seorsum fertur. inscriptaq; est ꝓ rhodiensibus. & iquinto originũ libro scripta est. Tyro aũt Tullius. M. Ciceronis libertus: sane qdẽ fuit igenio hõ elegãti & haud quaq̃ rerum litterarũq; ueterũ indoctus. Eoq; ab ineunte ætate liberaliter istituto adminiculatore & quasi administratore i studiis lrãrũ Cicero usus ẽ. Sed ꝑfecto plus ausus est: q̃ ut tolerari ignosciq; possit. nanq; epistolam cõscripsit ad. Q. Axiũ familiarẽ patroni sui confidenter: & nimis callide. In qua sibimet uisus ẽ orõnẽ istã ꝓ rhodiensib9 acri subtiliq; ingenio: & iudicio ꝑcensuisse. Ex ea epistola libitum forte nobis est reprehensionis eius quasdam attingere: maiore scilicet uenia reprehensuri Tyronẽ. q̃ tum ille reprehẽderit Catonẽ. culpauit autẽ primũ hoc: q; Cato ineruditẽ: & ἀναγωγως. i. immoderate: ut ipse ait pricipio nimis insolenti: nimisq; acri: & obiurgatorio usus sit cũ sese ostẽdit: ne patres gaudio: atq; lætitiæ rerum gestarũ prospere de statu mẽtis suæ deturbati nõ satis consiperent: neq; ad recte intelligẽdũ: cõsulendũq; cẽnt idonei: In pricipiis autẽ inquit patroni qui pro reis dicunt: cõciliare sibi: & cõplacare iudices debẽt. Sẽsusq; eorum expectatõe causę suspẽsos: rigẽtisq; honorificis: uerecũdisq; sententiis commulcere. Non iniuriis: atq; ĩpetiosis cõminationibus cõfricare. Ipsum deinq; principiũ apposuit cuius uerba hęc sunt. scio solere plerisq; hominibus rebus secundis: atq; prolixis atq; prosperis: animũ excellentem: atq; superbiam: atq; ferociam augescere: atq; crescere: quod nunc mihi magnæ curę est: q; hæc res tam secũ deprocessent nequid in consulendo aduersi eueniat: quod nostras secundas res confutet. Neue hęc lætitia nimis luxuriose eueniat. Aduersæ res se domant: & docẽt qd opus sit facto. Secundę res lętitia transuorsũ trudere solent a recte cõsulẽdo atq; intelligẽdo. Quo maiore opere dico suadeoq; uti hæc res aliquot dies proferatur: dũ ex tanto gaudio in potestatẽ nostrã redeamus. Quę deinde Cato iuxta dicit: ea inquit cõfessionẽ faciunt: non defensionem. neq; propulsationem: translationemue criminis habent. sed cũ pluribus aliis cõmunicationẽ: q; scilicet nihil ad purgandum est. Atq; etiã inquit insuper profitetur rhodiẽses. qui accusabãtur: q; aduersus populum romanum regi magis cupiuerint: fauerintq;. Ideos cupisse atq; fauisse utilitatis suę gratia. nero: se quoq; rege uicto ad superbiã: ferociamq; & immodicum modũ insolescerent. Eaq; ipsa uerba ponit ut infra scriptũ est. Atq; ego quidẽ arbitror rhodienses noluisse nos ita depugnare: uti depugnatũ est. Neq; regẽ Persen uicisse: nõ rhodienses id modo noluere: sed multos populos. ac multas nationes idẽ uoluisse arbitror. Atq; haud scio an partim eorum fuerint. qui nõ nostræ contumelię causa: id noluerunt euenire. sed enim id metuere: si nemo esset homo: quẽ uereremur: quicquid liberet: faceremus ne sub solo imperio nostro in seruitute nostra essent libertatis suæ causa ĩ ea sententia fuisse arbitror. Atq; rhodienses tamen Persen publice nunq̃ adiuuere. Cogitare quãto nos nost. i. natiui cautius facimus. Nam unusquisque nostrum: siquis aduersus rem suam quid fieri arbitratur. sũma ui cõtra nititur: ne aduersus illũ fiat quod illi tamen perfecit. Sed quod ad principiũ reprehẽsum attinet: scire oportuit Tyronem: defensos rhodiẽses a Catone: sed ut a senatore: & cõsulari: & censorio uiro: qđ quidẽ optimum esse publicũ existimabat suadẽte nõ ut a patrono solet causam pro reis dicente. Alia namq; principia cõducunt reos apud iudices defendenti & clementiã: misericor

Tyro Tullius

diãqꝫ undiqꝫ ĩdagãti. Alia quũ senatus de repu. consulitur uiro auctoritate [illegible]
sentẽtiis quorũdã iniq̃ssimis pmoto: & ꝓ utilitatibus publicis: ac ꝓ salute sociorum
grauiter & libere idignãti simul: ac dolenti. Quippe recte & utiliter i disciplinis rhe
torũ præcipit᷑ iudices de capite alieno: deq̃ cã ad sese nõ ptinẽti: cogituros ex qua p
ter officiũ iudicãdi: nihil ad eos simul periculi uel emolumẽti redundaturũ ẽ: cocili
dos esse: ac propiciãdos laudabiliter: ac placabiliter: & leniter existimationi saluti[qꝫ]
ei9: q apud eos accusatus ẽ. At quũ dignitas: & fides: & utilitas oium cõis agitur: [ob]
eamqꝫ rẽ aut suadẽdũ quid: ut fiet: aut fieri iã cœpto: differendũ est: tum qui se ĩ huiu[s]
modi pricipiis occupat: ut beniuolos: benignosqꝫ sibi auditores paret: ociosam ope
ram: in nõ necessariis uerbis sumit. Iamduduũ .n. negocia periculaqꝫ ipsa rerũ cõmu
nia: consiliis eos capiẽdis conciliant. & ipsi poti9 sibi exposcũt cõsultoris beniuolẽtiã.
Sed qđ ait cõfessũ Catonẽ noluisse rhodiẽses ita depugnar᷑ uti depugnatũ ẽ: neqꝫ regẽ
Persen a po. ro. uinci. atqꝫ id eũ dixisse nõ rhodiẽsis mo: sed multas quoqꝫ alias natio[nes]
noluisse. sed id nihil ad purgandũ: extenuandumue crimen ualere: iam hoc primum
Tyro ĩprobe mẽtitur. Verba ponit Catonis. & aliis tamen eũ uerbis calumniat᷑. Nõ
enim Cato cõfitetur rhodienses noluisse uictoriã esse po. ro. sed sese arbitrari dixit: id
eos noluisse: quod erat ꝓculdubio suę opinionis professio: nõ rhodiẽsium culpæ cõ[n]
fessio. In qua re: ut meũ quidẽ iudiciũ. nõ culpa tantũ uacat: sed dignus quoqꝫ laude
admirationeqꝫ est: quũ & ingenue: & religiose dicere uisum ẽ cõtra rhodiẽsis quod sen
tiebat: & parta sibi ueritatis fide ipsum illud tamẽ: quod cõtrariũ putabat᷑ flexit: &
trãstulit: ut eos iccirco uel maxime ęquũ esset acceptiores: carioresqꝫ fieri populo ro
mano: quod quũ & utiles essent: & uellent regi esse factũ: nihil tamẽ adiuuãdi ei9 gra
tia fecerint. Postea uerba hæc; ex eadem oratione ponit. Ea nũc de repente tãta nos be
neficia ultro citroqꝫ tantam amicitiam relinquimus. Quod illos dicimus uoluisse fa
cere: id nos priores facere occupabim9? Hoc inquit enthymema neq̃ & uitiosum est.
responderi enim potuit: occupabimus certe. Nã si nõ occupauerimus: opprimemur
incidendũqꝫ erit ĩsidias a quibus ante nos nõ cauerimus: Recte ĩquit hoc uitio dat la
cilius poetæ euripidi: qꝫ quum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem dice
ret: qꝫ ipse ante cõsilium de nece eius cœpisset. Meropa fratris uxor hisce eum uerbis
eluserit ει γαρ σε εμελλεν: ως συ φης κτεινειν: ποσις, χρην και σε μελλειν ως χρονος
παρην λαθειν: idest nam si te occisurus erat ut tu ais maritus; te quoqꝫ occisurũ ẽ opor
tuit: ut quando tempus interponeretur. At hoc enim inquit plane stultitiæ plenũ est
consilio. atqꝫ ea fini facere nolle aliquid: uti nunq̃ id facias: quod uelis. Sed uidelicet
Tyro animũ non aduertit nõ esse in omnibus rebus cauendis eandem cãm: nõ hum[a]
nę uitę negocia: & actiones: & officia: uel occupãdi: uel differendi: uel etiam ulciscẽ
di. uel cauendi: similia esse pugnæ gladiatorię. Nã gladiatori composito ad pugnan
dum pugnę hęc proposita sors est. aut occidere si occupauerit: aut occumbere: si ces
sauerit hominum autem uita nõ tam iniquis: neqꝫ tam indomitis necessitatibus circum
scripta est. ut iccirco prior iniuriam facere debeas: quã nisi feceris: pati possis. Quod
tantũ aberat a populi romani mansuetudine occupare: ut sępe iam in sese factas iniu
rias ulcisci neglexerit. Post deinde usum esse Catonem dicit: in eadem oratione argu
mentis parum honestis: & nimis audacibus. Ac non uiri eius: qualis fuit: sed uafris
ac fallaciosis: & quasi grecorum sophistarum solertius. Nam quum obiceretur [illegible]

rhodiẽsibus quod bellũ populo romano facere uoluissent: negauit pene. Sed ignosci poposcit: quia id nõ fecissent: & si maxime uoluissent: iduxisseq; eũ dicit: quã dialectici ἐπαγωγὴν: idest inductionẽ appellat. rẽ ad modũ isidiosam: & sophisticam: neq; ad ueritates magis: q̃ ad captiones repertam: quũ conatus sit exẽplis decipientibus colligere: confirmareq; neminẽ: q malefacere uoluit plecti æquum eẽ: nisi quod factũ uoluit etiã fecerit. uerba autẽ ex ea oratiõe Marci Catonis hęc sunt. Qui acerrime aduersus eos dicit: ita dicit: hostis uoluisse fieri: & quis est tãdem nostrorum: qui quod ad sese attineat: æquum censeat quenquam pœnas dare ob eam rẽ: q̃ arguatur malefacere uoluisse? Nemo opinor. Nam ego quod ad me attinet nolim. Deinde paulo infra dicit. Quid nunc? & quæ tandem lex est tam acerba: quæ dicat: Siquis id facere uoluerit: mille nummis. dimidium familię: multa esto. Siquis plus quingenta iugera habere uoluerit: tanta pœna esto. Siquis maiorem pecudum numerum habere uoluerit: tantum damni esto. Atqui nos omnia plura habere uolumus: & id nobis impune est. Postea ita dicit: sed si honorem nõ ęquum est haberi ob eam rem: q̃ benefacere uoluisse quis dicit: neq; fecit tantum. Rhodiensibus tale erit. nõ q̃ malefecerũt sed quia uoluisse dicũtur. His argumẽtis Tyro Tullius. M. Catonẽ cõtẽdere & cõficere dicit rhodiẽsibus quoq; ĩpune eẽ debere q̃ hostes qdẽ po. ro. eẽ uoluissent: & qui maxime nõ fuissent. Dissimulari aũt nõ posse ait qn paria & cõsimilia nõ sint plus qngẽta iugera habere uelle quod plebiscito colonis prohibitum fuit: & bellum iniustũ: atq; ĩpiũ po. ro. facere uelle. neq; itẽ ĩficiari posse: quin alia causa in premio sit: alia ĩ pœnis: nã beneficia iquit ꝓmissa opperiri oportet: neq; ante remunerari: q̃ facta sint: iniurias aũt imminẽtis praecauisse: iustum est magis: q̃ expectauisse. Summa eni ꝓfessio stultitiæ inquit: nõ ire obuiã sceleribus cogitatis: sed manere: oppeririq; ut quum admissa & perpetrata fuerint: tum deniq; ubi: quæ facta sunt: infecta fieri nõ possunt: puniantur. hęc Tyro in Catonẽ: non minus frigide sane: q̃ inaniter. sed eni Cato nõ nudã: nec solitariã: nec improtectam hãc ἐπαγωγὴν facit. Sed multis eam modis præfulcit: multisq; aliis argumẽtis conuelat. & quia non Rhodiẽsibus magis q̃ reipu. cõsulebat: nihil sibi dictu: factuq; in ea re turbe duxit: qn omnium sentẽtiarum uia seruatum ire socios niteretur: Ac primũ ea non incallide conquisiuit: quę nõ iure naturę: aut iure gentium fieri prohibentur: sed iure legum alicuius medendę: aut temporis causa iussarũ. sicut est de numero pecoris: aut de domino agri pręfinito: aut cuiusmodi aliquo: i quib9 reb9 quod ꝓhibitũ fieri p leges quidẽ nõ licet: uelle id tamẽ facere: si liceat: ĩhonestũ nõ ẽ: Atq; eas res cõtulit sebhorsum miscuitq; cũ eo: quod neq; facere: neq; uelle p se sẽ honestũ: tũ deinde ne disparilitas collatiõis euidẽs fieret: pluribus id ꝓpugnaculis defensat. Neq; tenuis istas. & enucleatas uoluntatũ in rebus illicitis reprehensiones: qualia in philosophorum ocio disputãtur: magnifacit. sed id solum ex sũma ope nititur: ut causa rhodiensium quorũ amicitiam retineri ex repu. fuit aut æqua iudicaretur: aut quidem certe ignoscenda. Atq; interim: neq; fecisse rhodiẽses bellũ: neq; facere uoluisse dicit. Interim autẽ facta sola censenda dicit: atq; in iudicium uocãda: sed uoluntates nudas: inanisq;. neq; legibus. neq; pœnis fieri obnoxias. interdum tamen: quasi deliquisse eos concedat: ignosci postulat. & ignoscentias utiles esse rebus humanis docet. ac nisi ignoscant. metus in republica rerum nouarum mouet. Sed eni contra si ignoscatur cõseruatum iri ostendit: popu. Romani magnitudinem Ignoscẽtia

superbię quoq; crimen: quod tunc prȩter cętera in senatu Rhodiensibus obiectū erat mirifica: & prope diuina respōsionis figura elusit & eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis: quoniā Tyro ea pretermisit. Rhodiēses supbos esse aiunt id obiectantes qd' mihi e liberis meis minime dici uelim. sunt sane supbi. quid id ad nos attinet: id ne irascimini si quis supbior est: q̄ nos. Nihil prorsus hac cōpellatiōe dici potest: neq; grauius neq; munitius aduersus homines superbissimos facta: qui supbiā in sese amarent: ī alus rep̄henderēt. preterea animaduertere est in tota ista Catonis orōne: oīa disciplinarū rhetoricaȝ arma atq; subsidia mota esse. sed nō p inde: ut ī decursib9 ludicris. aut simulacris prelioȝ uoluptaris fieri uidem9. Nō inq̄ distincte nimis ac cōpte: atq; modulate res acta est. sed quasi in ancipiti certamine quū sparsa acies ē: multisq; locis marte uario pugnat': sic ī ista tum causa Cato: quum supbia illa rhodiensiū famosissima multoȝ odio: atq; īuidia flagraret: oībus ꝑmiscue uedī: atq; ꝓpugnādi modis usus est. & nūc ut optime meritos cōmēdat: nūc tanq̄ si innocētes purgat. & ne bona diuitiæq; eoȝ expectantur: obiurgat: nūc ēt quasi sit erratū deprecat'. nūc ut necessarios reipu. ostētat: nūc clæmētiæ: nūc mā suetudinis maioȝ: nūc utilitatis publicę cōmonefacit. eaq; oīa distictius: numerosiusq; ac cōptius fortasse dici potuerint. Fortius atq; uiuidius potuisse dici nō uident'. Inique igitur Tyro Tullius: qui ex oībus facultatib9 tā opulentæ orōnis aptis inter sese: & coherentib9 paruū quippiā nudūq; sumpsit: qd' obtrectaret: tanq̄ nō dignū. M. Catone fuerit: q; dictoȝ nō perpetratorū uolūtates: nō cēsuerit pnniēdas. Cōmodius autē erectiusq; de his meis uerbis: qb9 Tul. Tyroni respōdi: mō existimauit: iudiciūq; faciet: q & orationē ipsam Catonis totā acceperit ī manus: & epistolā Tyronis ad Anxiū scriptā reqrere & legere curauerit. Ita. n. nos sincerius exploratiusq; uel corrigere poterit. uel probare.

Cuiusmodi seruos: & quā ob causam Celius Sabinus iuris ciuilis auctor pileatos uenūdari solitos scripserit. & quæ mancipia sub corona more maiorū uenerint. Atq; idipsum sub corona quid sit. Cap. iiii.

Occursare capro: cornu ferit ille: caueto
Et quoniam de transferẽdis sententiis loquor: memini audisse me ex Valerii Probi

Sipulis et docti hominis: & in intelligendis: pensitandisque ueteribus scriptis bene calidi solitum eum dicere nihil quicq̄ tam improspere Virgilium ex Homero uertisse: q̄ uersus hos amoenissimos: quos de nausica Homerus fecit.

οἵη δ᾽ Ἄρτεμις εἶσι κατ᾽ οὔρεος ἰοχέαιρα.
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ ἐρύμανθον
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι
τῇ δέ θ᾽ ἅμα νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρονόμοι παίζουσι γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ
πασάων δ᾽ ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα
ῥεῖά τ᾽ ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι
ὣς ἥ γ᾽ ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

Montibus it: qualis studiosa Diana pharetrae
Aut per taygeti spatiosa iuga: aut erymanthi.
Et nunc gestit apro: nunc ceruo diua uolucri.
Stant circum nymphae agrestes ioue celite natae.
Inque agris ludunt: latonae pectora gaudent.
Fronte dea ante omnis: ceruiceque prominet alta.
Et pulchras omnis inter clarissima fulget
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat:
Qualis in eurotae ripis: aut per iuga cynthi.
Exercet Diana chors: quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerantur oreades. illa pharetram
Fert humero: gradiensque deas supereminet omnis
Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido: talem se laeta ferebat
Per medios: instans operi: regnisque futuris.

Primum omnium diuersum esse aiebant dicebat Probus. q̄ apud Homerum q̄d ē uirgo nausica a ludibūda iter familiares puellas in locis solis recte: atque cōmode cōfertur cum Diana uenāte i iugis mōtium inter agrestis deas. Nequaq̄ autē cōueniens Virgilium fecisse quoniā Dido in urbe media ingrediēs inter tyrios principes cultu: atque incessu serio stans operi: sicut ipse ait. regnisque futuris: nihil eius similitudinis capere possit: quae lusibus atque uenatibus Dianae cōgruit. tum postea q̄ Homerus studia atque oblectamenta in uenādo Dianae honeste apteque dicit. Virgilius autē: quū de uenatu deae nihil dixisset: pharetram tamē facit eam ferre i humero: tanq̄ si onus & sarcinam: atque illud impense Probū esse demiratum in Virgilio dicebant: q̄ homerica quidem Λητώ uiuit Latona gaudium gaudeat genuinū & intimum: atque i ipso penetrali cordis & aīae sentiens: siquidem nō aliud est: γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ. i. Latōae pectora gaudēt. Ipse autē imitari hoc uolēs: gaudia fecerit pigra: & leuia: & cōtantia: & quasi i summo pectore supernantia: nescire enim sese: q̄d significaret aliud pertentāt. praeter ista oīa: flosculum ꝓpius totius loci Virgiliū uideri omisisse: q̄ hūc Homeri uersū exiguē secut9 sit.

ῥεῖά τ᾽ ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι. idest Et pulchras omnis inter clarissima fulget. Quando nulla maior: cumulatiorque pulchritudinis laus dici potuerit: q̄ q̄ una inter omnis pulchras excelleret: una facile inter omnis nosceretur.

Quod Anneus Cornutus uersus Virgilii: quibus Veneris & Vulcani concubitū pudice operteq; dixit: reprehensione insulsa: & odiosa inquinauit. Cap. x.

Nianus poeta: & pleriq; cū eo eiusdē musę uiri summi assiduisq; laudibus hos
a Virgilii uersus ferebant: quibus Vulcanū & venerē iunctos mixtosq; iure coniugii: rem lege naturę operiendam uerecunda quadā translatione uerborum: quum ostenderet demonstraretq; protexit. sic enim scripsit. Ea uerba locutus.

Optatos dedit amplexus. placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.

Minus aūt difficile eē arbitrabātur: ad istiusmodi reticenda uerbis uti uno: atq; altero: breui tenuiq; ea signo demōstrātib9: sicuti homer9 dixerit. παρθενίην ζώνην καὶ λέκτροιο Ἄρης μου καὶ ἐργ ἀφι λοτησία τω μεν ερεντρητοισι κατεύνασεν λεχεεσιν.

Virgineum soluit castum: & legemq; cubilis. Et munus amoris.
Inq; toris illi sculptis coepere soporem.

Tot uero & tam euidētibus: ac tam praetextatis: sed puris honestisq; uerbis uenerandum illud cōnubii pudici secretū neminē quenq; aliū dixisse. Sed Anneus Cornutus homo sane pleraq; alia nō indoctus: neq; iprudēs in secūdo tamē librorum: quos de figuris sētiarum cōposuit: egregiā totius istius uerecūdię laudem insulsa nimis & odiosa scrutatione uiolauit. nā quū genus hoc figurę probasset: & satis circūspecte factos esse uersus dixisset: membra tamen inquit paulo incautius nominauit.

De Valerio Coruino. unde Coruini sit cognomentum Cap. xi.

Coruinus E Maximo Valerio: q Coruin9 appellat9 est: ob auxiliū ppugnationēq; Corui
d ut aliis: haud qsq̄ est nobiliū scriptorum: q secus dixerit: ea res prorsus admiranda sic pfecto ē in libris annalibus memorata: Adolescēs tali genere editus. L. Furio. Cl. Appio cōsulib9 fit tri. militaris atq; i eo tpe copiae gallorum ingētes agrū pōptinū insederāt. istruebāturq; acies a cōsulib9 de ui: atq; multitudine hostiū satis agētibus. Dux interea gallorum uasta: & ardua pceritate: armisq; auro pfulgētib9: grandia ingrediēs: & manu telū reciprocās incedebat: pq; cōtemptū: & supbiā circūspiciens despiciēsq; oīa uenire iubet: & cōgredi: si qs pugnare secū ex omni Romano exercitu auderet. tū Valerius tribunus: caeteris iter metū: pudorēq; ambiguis ipetrato prius a cōsulibus: ut in gallū tam imaniter arrogātem: pugnare sese pmitterent: pgreditur: itrepide: modesteq; obuiā & cōgrediūtur: & cōsistunt & cōserebātur iā man9: atq; ibi uis quędā diuiā fit. Coruus repēte iprouisus aduolat. & sup galea tribuni isistit: atq; i aduersarii oculos pugnare icipit: isibilat. obturbat unguib9 manū laniabat: & pspectū ales arcebat: atq; ibi satis sęuierat: reuolabat i galeā tribuni: sic tribunus spectāte utroq; exercitu: & sua uirtute nixus. & opera alitis ppugnat9: ducē hostium ferocissimū uicit: iterfecitq;. atq; ob eā cām cognomē habuit Coruinus: id factū ē anno. ccccv. post Romā cōditā: Statuā coruino isti diuus Augustus i foro suo statuēdā curauit. ei9 statuę capite Corui simulacrum est: rei pugnęq; quā diximus monumētum.

De uerbis q̄ in utrā q; partē significatiōe reciproca: & aduersa dicūtur. Cap. xii.

Noīa i osus T formidolosus dici potest: & q formidat: & q formidatur: ut inuidiosus: & q
e inuidet: & cui iuidetur. ut suspiciosus q suspicatur: & q suspectus est: ut ambitiosus: & q ambit: & q ambitur. ut itē gratiosus: & qui adhibet gratias: & qui admittit. ut laboriosus & qui laborat: & qui labori est: ut pleraq; alia huiuscemodi

utrāq; partē dicuntur. ita īfestus ancipiti quoq; significatiōe est. nā & is īfestus ap- Infestꝰ
pellatur: q malū īfert cuipiā. & cōtra cui aliūde īpendet malū: is quoq; īfestus dicitur
Sed quod prius posui ꝓfecto exēplis nō idiget: sic adeo multi loquūtur: ut īfestū di
cant inimicū: atq; aduersum. Alterum autem illud ignobilius: obscuriusq; est. Quis
enim in medio facile dixerit infestum esse: cui alter infestus est? Sed & ueteres pleriq;
ita dixerūt: &. M. Tullius in oratione quam pro Cn. Planco dixit: uocabulo hoc sic-
usus est Dolebam inquit iudices: & acerbe ferebā: si huius salus ob eam ipsam causā
esset infestior: q; is meā salutem: atq; uitam: sua beniuolētia pręsidio custodiaq; texis
set. Nos igitur de origine & ratione uerbi quærebamus. atq; ita in nigidianis inuen
mus commentariis scriptum: infestum a festinando dictum. Nam qui instat inquit
alicui: eumq; properans urget: opprimereq; eum studet: festinatque. aut contra de
alicuius periculo: & exitio festinatᷣ: is uterq; infestus dicitᷣ: ab instātia atq; imminētia
fraudis: quā uel facturus cuipiā: uel passurus est. Nequis autē de suspicioso: quod su
pra posuimus: & de formidoloso: in eā partē: quę minus usitata est: exemplū reqrat:
inueniet de suspicioso apud. M. Catonē de re floria ita scriptū. Sed nisi q palā corpo
re pecuniā qu ereret: aut se lenoni locauisset & si famulosus & suspiciosus fuisset: uim
in corpus liberū nō ęquū censuere afferri. Suspiciosum enim hoc in loco suspectū si-
gnificat: nō suspicantem. Formidolosum autē qui formidatᷣ. Salustius in Catilina ita
dicit. Igitᷣ talibus uiris nō labor isolitus: nō locꝰ ullus asper: aut arduus erat: nō arma
tus hostis formidolosus. Itē. C. Caluus in pœmatis laboriosus dicit: nō ut uulgo dī
qui laborat: sed in quo laboratᷣ. Durū iqt rus fugis: sed laboriosum. Eadē rōne Labe
rius quoq; in sororibus. Ecastor inquit multū somniculosum. & Cinna in pœmatis.
Somniculosam ut pœnus aspidē psillus. Metus quoq; & iniuria: atq; alia quædā id Metus
genus sic utroq; uersum dici possunt. nā metꝰ hostiū recte dᵢcitᷣ: & quū timēt hostes
& quū timentᷣ. Itaq; Salustiꝰ in historia prima: Metū. Pompeii dixit: nō q; Pōpeius
metueret: qdᷣ est usitatius. sed q; metueretur. uerba hæc Salustii sunt. Id bellū excita
bat metꝰ Pompeii uictoris Hiemp salē i regnū restituētis. Itē alio i loco postq̄ remo
to metu punico: simultates exercere uacuū fuit. Iniurias itidē dicimꝰ: tā illoꝝ q pa
tiū: q̄ q faciūt: q̄rū dictionū exēpla sunt facilia inuentu. Illud etiā dictū a Virgilio
eādē hēt formā cōicatæ ultro & citro significatiōis. Et uulnere iqt tardus Vlyxi. Quū
dicere uulnꝰ nō qd accepisset ulyxes: sed qd dedisset Nesciꝰ quoq; dr̄ tā is q nescit: q̄ q Nesciꝰ
nescit. sed sup eo: q nescit: frequēs huiꝰ uocabuli usus ē. ifrequēs aūt de eo ē: qdᷣ nesci
tur. ignarus atq; utroq; uersum dr̄: nō tantū qui ignorat: sed & q ignoratur. Plautꝰ ignarus
in rudente: Quę incolis nescius nescias pessimus. Salustius.
More humanæ cupidinis ignara uisendi. Virgilius.
Ignarum laurens habet ora numanta.

Verba ex historia Clau. Quadrigarii: qbus Manlii Torquati nobilis adolescētis: &
hostis gallis prouocatoris pugnā depinxit. Cap. xiii.

Anlius summo loco natus adprimeq; nobilis fuit: ei Manlio cognomētū fa-
ctū Torquato. causam cognomēti fuisse accepimꝰ: torquis ex auro induuias Torq-
quā ex hoste: quē occiderat detractā induit. sed quis hostis: & quod genꝰ: & tus
formidādæ uastitatis: & quantū isolēs prouocator: & cuiusmodi fuerit pugna de-
certatum. Q. Clau. primo annalium purissime: atq; illustrissime. simpliciq; atq; in

compta orõis antiquæ suauitate descripsit quê locũ ex eo libro Phauorin⁹ philosophus quũ legeret: nõ minoribus quati afficiq; aium suũ motibus: pulsibusq; dicebat q̄ si ipse corã depugnãtis eos spectaret. Verba. Q. Claudii: qbus pugna ista depicta est: adscripsi. Quũ interim gallus qdã nudus præter scutũ: & gladios duos: torque atq; armillis decorat⁹ pcessit: q & uirib⁹: & magnitudĩe: & adolescẽtia: simulq; uirtute ceteris antestabat. is maxĩe prœlio cõmoto: atq; utriusq; sũmo studio pugnantib⁹: manu significare cœpit: ut utriq; quiescerẽt pugnare. pugnæ facta pausa est. extẽplo silẽtio facto cũ uoce maxima iclamat: siqs secũ depugnare uellet: uti pdiret. Nemo audebat pp magnitudinẽ: & imanitatẽ facies: deide gall⁹ irridere cœpit. atq; ligua exertare. id subito pdolitũ ẽ cuidã. T. Mãlio sũmo genere nato tãtũ flagitiũ ciuitati accidere: e tanto exercitu neminẽ pdire. Is ut dico pcessit. neq; passus ẽ uirtutẽ romanã a Gallo turpiter spoliari. scuto pedestri: & gladio hispanico cinctus cõtra gallũ cõstitit. metu magno ea cõgressio i ipso ponte: utroq; exercitu ispectãte facta ẽ. ita ut ante dixi: cõstiterũt: gallus sua disciplina: scuto piecto cautabũdus. Manli⁹ aio magis q̄ arte cõfisus: scutũ scuto pcussit atq; statũ galli cõturbauit. dũ se gall⁹ iterũ eodẽ pacto cõstituere studet. Manlius iterũ scutũ scuto pcutit: atq; de loco certo hoiem iterũ deiicit. eo pacto ei: sub gallicũ gladiũ successit. ac hispanico pectus hausit. deide cõtinuo humerũ dextrũ eodẽ cõcursu icidit. neq; recessit usq̄ donec subuertit: ne gall⁹ impetũ icti hẽret. ubi eũ euertit: caput præcidit: torquẽ detraxit. eãq; sanguinolẽtã sibi in collũ ipouit. quo ex facto ipse: posteriq; ei⁹ Torquati sunt cognominati. ab hoc. T. Manlio: cuius hãc pugnã Quadrigari⁹ descripsit: ĩperia & aspera: & imitia Manliana dicta sunt. quoniã postea bello aduersũ latinos: quũ eẽt cõsul: filiũ suũ securi percussit: q speculatũ ab eo miss⁹ ne pugnaret iterdcõ. hostẽ: a quo puocat⁹ fuerat occidit.

Quod idẽ Quadrigari⁹: hui⁹ facies: patrio casu probe: & latine dixit: & quædam alia apposita de similiũ uocabulorũ declinationibus. Cap. xiiii.

Vod aũt supra scriptũ ẽ in. Q. Claudii uerbis pp magnitudinẽ: & imanitatẽ facies. id nos aliquot ueterib⁹ libris ispectis explorauimus: atq; ita esse: ut scriptũ est cõperim⁹. Sic. n. pleraq; ætas ueterum declinauit. hæc facies: hui⁹

Facies facies

facies: qd' nũc pp ter rõnẽ grãmaticã faciei dicitur. Corruptos autẽ quosdam libros repperi: in qbus faciei scriptũ est: illo quod ante scriptũ erat: oblitterato: meminim⁹ etiã in Tiburti bibliotheca iuenire nos in eodẽ Claudii libro scriptũ utrũq; facies: & facii: sed facies in ordine scriptũ fuit. & cõtra per ii geminũ facii. neq; id abesse aquadã cõsuetudine prisca existimauimus. Nã ab eo: quod est hic dies tam huius dii: & ab eo

Dies dii Fames famii

quod est hæc fames tam huius famii dixerunt. Q. Ennius in sextodecimo annali dies scripsit: pro diei in hoc uersu. Postreme longinqua dies quum fecerit ætas. Ciceronẽ quoq; affirmat Cesellius in orõne: quã pro. P. Sestio fecit dies scripsisse: pro diei: quod ego ipensa opera cõquisitis ueteribus libris plusculis. ita ut Cesellius ait: scriptũ inueni. uerba sunt hæc. M. Tullii. Equites uero daturos illius dies pœnas. Quocirca factum hercle est: ut facile iis credam: qui scripserunt: idiographum librũ Virgilii se inspexisse: in quo ita scriptum est: Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas. Idest libra diei somniq;. Sed sicut hoc ĩ loco dies a Virgilio scriptũ uidetur: ita i illo uersu non dubiũ est: quin dii: scripserit: pro diei: Munera lætitiãq; dii. Quod iperitiores dei legunt ab insolẽtia scilicet uocis istius abhorrentes. Sic autẽ dies dii a ueteribus declina

um est. ut fames famii: pernicies pernicii: progenies progenii: luxuries luxurii: acies
aci. M. enim Cato in orone. quã de bello carthaginensi cõposuit: ita scripsit. Pueri
atq mulieres extrudebant famii causa. Lucilius in. xii. Rugosum atq famii plenum.
Sisenna i historiarũ libro. vi. Romanos iferẽdæ pnicii causa uenisse. Pacuuius ĩ paulo.
Pater supreme nostrę progenii patris.
Cn. Matius i iliadis. xxi. Altera pars acii uitasset fluminis undas. Idẽ Mati9 i tertio de
cimo. Ac manet specii simulacrũ: ĩ morte silẽtũ. C. Gracchus de legib9 pmulgatis
ea luxurii causa: aiunt institui. Et ibidem infra ita scriptum est. Non est ea luxuries.
quę necessario patẽtur uitę causa. Propter quod apparet: eum ab eo: qđ ẽ luxuries lu
xurii patrio casu dixisse. M. quoq Tullius in orõne qua Sex. Roscium defendit: per
nicii scriptũ reliquit. Verba hęc sunt. Quorũ nihil pnicii causa diuino cõsilio: sed ui
& magnitudine rerũ factum putamus. Aut facies ergo in casu patrio: aut facii.
Quadrigariũ scripsisse: existimãdum ẽ; faciei autẽ in nullo ueteri libro scriptũ reppe
ri. In casu aut dãdi qui purissime locuti sũt: nõ faciei: uti dicitur nũc: sed facie dixerũt
Lucilius i satyris: Et primũ ingr facie honestas accidit. idẽ Lucilius in libro septimo.
Qui te diligit: ætati facieq tuæ se.
Fautorem ostendat. fore amicum polliceatur.
Sunt ãt nõ pauci: qui utrobiq facii legãt. Sed C. Cæsar in libro de analogia. ii. hui9
die: & hui9 specie dicẽdũ putat. Ego quoq ĩ iugurtha Salustii summę fidei: & reuerẽ
dę uetustatis libro: die casu patrio ĩueni scriptũ. Verba hæc ita erãt. Vix decia pte die
reliq. Nõ. n. puto argutiolã istã recipiẽdam: ut die dictũ q̃si ex die existimem9.

De genere cõtrouersię: qđ gręce ἄπορον. i. dubiũ & iexplicabile appellat. Cap. xv.

Vm Antonio Iuliano rhetore p ferias tẽp9 ęstiuas: decedere ex urbe æstu uo
lẽtes: neapolin cõcesseram9. atq ibi erat adolescẽs tũc qspiã ex ditiorib9: cũ
utriusq ligua magistris meditãs & exercens: ad cãs romę orãdas eloquẽtiæ
latinę facultatẽ. atq is rogat Iulianũ uti sese audiat declamantẽ It auditũ iulianus:
imus quoq nos cũ eo simul. introit adolescẽs & præfatur arrogantius & elatius: q̃ ęta
ti eius decebat. ac deĩde iubet exponi cõtrouersias. aderat nobiscũ ibi Iuliani sectator
... promptus. & proficiens: & ostendẽs iam in eo qđ ille apud iuliani auris in
... stare: & subitaria dictione piculũ sui facere audebat. Exponit igitur tẽtamẽ
... cõtrouersiã parũ cõsistẽtẽ: qđ gen9 græci ἄπορον. i. dubiũ uocãt. latine aũt id:
... min9 cõmode iexplicabile dici põt. Ea controuersia fuit huiuscemodi. De reo septẽ
iudices cognoscant. eaq sententia sit rata quã plures ex eo numero dixerit. Quũ se
ptẽ iudices cognouissẽt: duo cẽsuerũt reũ exilio mulctãdũ: duo alii pecunia: tres reli
qui capite puniẽdũ. petitur ad suppliciũ ex sententia triũ iudicũ. & cõtradicit. Hac il
le audita: nec cõsiderata: neq alius: ut pponerentur: expectatis: ĩcipit stati mira celeri
tate in eãdẽ hãc cõtrouersiã principia nescio quę dicere. & inuolucra sensuũ uerborũ
q uolumina. uocũq turbas fundere. cęteris oib9 ex cohorte eius: qui audire eũ soliti
erant clamore magno exultãtib9. iuliano ãt male ac misere rubẽte: & sudãte. Sed ubi
deblateratis uersuũ multis milibus: finẽ aliquãdo fecit egressiq ide sum9 amici: fa
miliaresq ei9 iulianũ psecuti: quidnã existimaret: pcõtati sunt. atq ibi iulianus festi
uissime. Nolite quærere inquit: quid sentiã. adolescẽs hic sine cõtrouersia disert9 est.
Quod Plinũ secundum: hoiem nõ indoctũ fugerit: latueritq uitium argumenti

quod ἀντιςρέφον: idest reciprocum græci dicunt. Cap. xvi.

Plini9 p Linius secundus existimatus est eē ętatis suæ doctissim9. is libros reliquit quos studiosoꝝ īscripsit: haud mediusfidius usq̄quaq̄ aspernādos: In his libris multa uarie ad oblectādas eruditoꝝ hominum auris ponit. refert ēpleras q̄ sentētias: quas in declinandis controuersiis lepide: arguteq̄ dictas putat. sicuti hāc quoq̄ sniām ponit: ex huiuscemodi cōtrouersia. Vir fortis premio: qd optauerit donet. Qui fortiter fecerat: petiit alterius uxorē i matrimoniū. & accepit is deinde: cuius ea uxor fuerat: fortiter fecit: reperit eandē. cōtradicit. Eleganter inquit & ꝓbabiliter ex pte posteriores uiri fortis uxorē sibi reddi postulātis hoc dictū ē si placet lex: redde. si nō placet redde. Fugit autē Pliniū: sententiolā istā: quā putauit eē argutissimā: uitio nō carere: qd̄ græce ἀντιςρέφον. i. reciprocū dr̄. & ē uitiū īsidiosum & sub falsa laudis specie latēs. nihil. n. minus cōuerti ex cōtrario idipsum aduersus eundē pōt. Atq̄ ita a priore illo uiro forti dici si placet lex. nō reddo. si nō placet nō reddo.

Cecropias noctes doctorum exempla uirorum
Donat habere mihi nobilis eustochius.
Viuat. & æternum lætus bona tempora ducat.
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS.

Tertium ne cōsul: an tertio dici oporteat: Et quonā modo. Cn. Pompeius cū theatro quod erat dedicaturus: honores suos inscriberet q̄stionē ancipitē istius uerbi de cōsilio Ciceronis uitauerit. Caput primum.

f Amiliari meo cuipiā litteras athenis Romā misi: in iis scriptū fuit me illi iā tertiū scripsisse. is ad me rescripsit: petiitq̄: ut rationē dicerē cur tertiū: ac nō tertio scripsissē. id etiā adscripsit: ut eadē: qd sup illo quoq̄ mihi uideret: facerē se certiorē. tertiū ne consul: & quartū: an tertio: & quarto dicendū esset. quoniā Romæ dictū uirū dicentē audisset tertio: & quarto cōsul. nō tertiū quartūq̄. Idq̄ in principio libri Celiū scripsisse. & Q. Claud. in libro undeuicesimo. C. Mariū creatū septimō cōsulē dixisse. Ad hęc ego scripsi nihil amplius. q̄ uerba. M. Varronis hominis opinor: q̄ fuit Claudius eū Celio: doctioris. qb9 uerbū utrūq̄: de quo ad me scripserat: decideret. nā & Varro satis aperte qd dici oporteret edocuit. & ego aduersus eū: qui doctus esse dicebat: litē meam facere absens nolui. uerba. M. Varronis ex libro disciplinarū quito hęc sunt. aliud ē: quarto prætorē fieri & quartū: q; q̄rto locū adsignificat. ac tres ante factos. quartū tēpus adsignificat: & ter ante factū. igr̄ Ennius recte cōscripsit. Quintus pater quartum fit cōsul. Et Pōpeius timide. q; i theatro ne abscriberet cōsul tertiū. aut tertio extremas litteras nō cōscripsit. Quod de Pōpeio Varro breuiter & subobscure dixit: Tyro tullius Ciceronis libertus in epistola quadam enarratius scripsit ad hūc ferme modum. Quū Pōpeius iquit ędē uictoriæ dedicaturus foret cuius gradus uice theatri essent nomenq̄ eius & honores iscriberet: quæri cœptū est: utrū cōsul tertio iscribēdum esset: an tertiū: eā rē Pōpeius exq̄sitissime retulit ad doctissimos ciuitatis. Quūq̄ dissentirēt: & ps tertio: alii tertiū scribēdū cōtenderent: rogauit inquit Ciceronem Pompei9: ut quod ei rectius uiderēt: scribi iuberet tum Ciceronē iudicare de uiris docti

Tertiū consul
Tertio consul
quartū consul
quarto consul

tertiū esse: ne quū ū opinionē iprobasset: ipsos uidere improbasse. Persuasit igitur Pōpeio: ut neq̄ tertiū neq̄ tertio scriberetur: sed ad secūdū usq̄. T. fierēt litterę. ter. ut uerbo nō prescriptores qdē demōstraretur: sed dictio tamē ambigua uerbi lateret. Id autē quod & Varro & Tyro dixerūt: in eodē nunc theatro non est ita scriptum. nam quū multis annis postea scæna: quæ pciderat: refecta esset: numerus tertii consulat⁹ non uti initio prioribus litteris tertis. sed tribus tantum lineolis. iii. incisis significat⁹ est. In. M. autē Catonis quarto origine ita scriptū est: Carthaginenses sextū de fœdere decessere. Id uerbū significat: quinquies ante eos fecisse cōtra fœdus: & tum sextum. Græci quoq̄ significādis huiusmodi rerū numeris τρίτον καὶ τέταρτον. i. tertium & quartū dicūt: quod cōgruit cum eo: quod latine dicit tertium quartumq̄.

Quid aristoteles de numero puerperii memoriæ mandauerit. Cap. ii.

Ristoteles philosophus memoriæ tradidit: mulierē i ęgypto uno ptu q̄nq̄ pueros enixam. eūq̄ esse finē dixit multiiugę hominū partionis: neq̄ plures unq̄ simul genitos cōpertū: hunc autē eē numerū ait rarissimū. Sed & diuo Augusto iperante. qui tēpotū eius historiā scripserunt: ancillam Cæsaris Augusti in agro laurente peperisse quinq̄ pueros dicūt: eosq̄ pauculos dies uixisse. matrē quoq̄ eorū nō multo post q̄ peperit: mortuā monumētumq̄ ei factū iussu august. in uia laurētina. inq̄ eo scriptū esse numerū puerperii eius: de quo diximus. Partus quinq̄ puerorum.

Locorum quorundam illustrium collatio: contentioq̄ facta: ex orōnibus. C. gracchi: &. M. Catonis. Cap. iii.

Ortis & uehemēs orator existimatur eē. C. Gracch⁹. nemo id negat: sed q̄d nōnullis uidetur seuerior: acrior: ampliorq̄ eē. M. Tullio ferri id q̄ potest. Legebamus adeo nup orationem Gracchi de legibus promulgatis: in qua. M. Marius & quosdā ex municipiis italicis honestos uiros uirgis per iniuriam cęsos a magistratibus po. ro. quāta maxime inuidia potest: cōqueritur. Verba hęc sūt quæ sup ea re fecit. Nuper teanū sidicinū consul uenit. uxorē dixit in balneis uirilibus lauari uelle. Questori sidicino a. M. Mario datū est negociū: uti balneis exigerentur: q̄ lauabantur. uxor renūciat uiro parū cito sibi balneas traditas esse: & parū lautas fuisse. idcirco palus destitutus est in foro eoq̄ adductus suę ciuitatis nobilissim⁹ homo. M. Marius. uestimēta detracta sunt: uirgis cæsus est. Caleni: ubi id audierūt: edixerūt neqs in balneis lauisse uellet: quū magistratus romanus ibi esset. Ferētini ob eādē causam prętor noster questores arripi iussit. Alter se de muro deiecit. Alter prehēsus: & uirgis cęsus est. In tam atroci re. ac tam misera atq̄ mœsta: iniuriæ publicę contestatione: & quid est: q̄d aut ampliter isigniterq̄: aut lachrymose: atq̄ miseranter. aut multa copia: aut iuidia. graui & penetrabili querimonia dixerit. breuitas sane uenustas. & munditiæ orōnis est: q̄lis haberi ferme in comœdiarū festiuitatibus solet. Itē gracchus alio in loco ita dixit: Quāta libido quātaq̄ intēperātia sit hoium adolescētiū: unum exēplū uobis ostēdā. his annis paucis ex Asia missus est: qui per id tempus magistratū nō ceperat homo adolescēs pro legato. is in lectica ferebatur. ei obuiā bubulcus de plebe uenusina aduenit. & per iocū quū ignoraret. qui ferretur. rogauit num mortuū ferrent. ubi id audiuit. lecticā iussit deponi. stuppis q̄bus lectica ligata erat. usq̄ adeo uerberari iussit dū aīam efflauit. Hęc qdē orō sup tā uiolēto atq̄ crudeli facinore nihil pfecto abest a quotidianis sermonib⁹. at quū in simili causa apud. M. Tul. ciues

romani inocētes uiri cōtra ius cōtraq; leges uirgis cędunť: aut supplicio extremo necantur: quę ibi tūc miseratio: quę cōploratio: quę totius rei sub oculos subiectio: quę & q̄le iuidiæ: atq; acerbitatis fretū effervescit: A ium hercle meū: quū illa. M. Ciceronis lego: imago q̄dā & sonus uerboℜ: & uocū: & eiulationū circūplectitur. uelut sunt ista: quę de. C. Verre dicit: quæ nos: ut in pręsens potuimus: quātū memoria suppeditabat: adscripsim9. Ipse inflāmat9 scelere: & furore in forum uenit: ardebant oculi. toto ex ore crudelitas emanabat. expectabāt oēs: quo tandē progressurus aut quidnam acturus esset quū repente homine proripi: atq; in foro medio nudari: ad deligari & uirgas expediri iubet. Iā hæc me diu ffidius sola uerba nudari: ac deligari: & uirgas expediri iubet: tanti metus horrorisq; sunt: ut nō narrari quę gesta sunt: sed rem gestam prorsus uideas. Gracchus autē noster: nō querentis: neq; iplorātis: sed nūciātis uice palus inqr in foro destitutus est. uestimēta detracta sunt. uirgis cęsus est. Sed enim M. Cicero præclare: cū diutina repręsentatione nō cęsus est: sed cædebatur inquit uirgis in medio foro messanæ ciuis romanus: Quū iterea nullus gemitus: nulla uox alia istius miseri inter dolorē: crepitūq; plagarū audiebatur: nisi hęc ciuis romanus sum. hac cōmemoratione ciuitatis oīa uerbera depulsurū: cruciatūq; a corpore deiectūrū arbitrabatur: cōplorationē deinde tam acerbæ rei: & odiū in Verrē detestationēq; apud ciues romanos incense: atq; acriter: atq; inflāmanter facit quū hæc dicit. O nomē dulce libertatis. O ius eximiū nostrę ciuitatis. O lex portia: legesq; sempronię. O grauiter desiderata: & aliquādo reddita plebi romanæ tribunitia potestas. huccine tandē hęc oīa reciderūt: ut ciuis romanus in ꝓuincia po. ro. in oppido fœderatoℜ: ab eo qui beneficio po. ro. fasces ac securis haberet deligat9 in foro uirgis cęderetur: qd quum ignes ardentesq; laminę cęteriq; cruciat9 admouebantur: Si te acerba illius imploratio: & uox miserabilis nō leniebat: ne ciuiū romanoℜ: qui tū aderāt: fletu gemituq; maximo cōmouebare? Hæc. M. Tul. atrociter grauiter: copiose apteq; miseratus ē. Sed si qs est tā agresti aure ac tam hispida: quē lux ista: & amenitas orōnis: uerborumq; modificatio parū delectat: amat aūt priora iccirco: q̄ incōpta & breuia: & nō operosa: sed natiua quadā suauitate sunt: q̄ q̄ usumbra: & color q̄ si opacę uetustatis est: is siquid iudicii habet: cōsideret in cā pari. M. Catonis hoīs antiquoris orōnē. Ad cuius uim & copiā Gracchus nec aspirauit. intelligit (opinor) Catonē contentū eloquentia ętatis suę nō fuisse. & id iā tū facere uoluisse: qd' Cicero postea pfecit. In eo namq; libro qui de falsis pugnis scripť9 est: ita de. Q. Thermo cōquestus est. Dixit a decemuiris parū sibi bene cibaria curata esse. iussit uestimēta detrahi: atq; flagro cædi. decemuiros brutiani uerberauere. uidere multi mortales. Quis hanc cōtumeliā? quis hoc imperium? qs hanc seruiturē ferre potest: nemo hoc rex ausus est facere eā ne fieri bonis bono genere natis boni cōsul tis? Vbi societas? ubi fides maiorū. insignitas: iniurias: plagas. uerbera. uibices: eos dolores: atq; carnificinas per dedecus: atq; maximā contumeliā inspectātibus popularibus suis. atq; multis mortalibus te facere ausum esse? sed q̄tū luctū q̄tūq; gemitū. qd lachrymarū. quātūq; fletuū factū audiui. serui iniurias nimis ęgre ferūt. qd illos bono genere natos. magna uirtute præditos opinamini animi habuisse atq; habituros. dum uiuent? Quod Cato dixit. brutiani uerberauere: ne qui fortasse de brutianis reqrat: id significat. Quū Annibal pœnus cū exercitu in Italia eēt. & aliquot pugnas popul9 ro. aduersas pugnauisset. primi totius Italię brutii

ad Annibalē desciuerūt. id Romani ægre passi postq̄ Annibal Italia decessit: supera
ti q̄ poeni sunt: brutios ignominiæ causa nō milites scribebāt. nec pro sociis habebāt
sed magistratibus in prouincias eūtibus parere: & preministrare seruorū uicē iusserūt.
Itaq̄ ii sequebant magistratus: tāq̄ in scænicis fabulis: qui dicebant Lorarii: & quos Lorarii
erāt iussi uinciebant: aut uerberabāt. Quot āt ex brutis erāt: appellati sunt brutiani. Brutiani.

Quod. P. Nigidius argutissime docuit noīa nō positiua eē: sed naturalia. Cap. iiii.

Omnia uerbaq; nō positu fortuito: sed q̄dā ui & rōne naturę facta eē. P. Nigidius i grāmaticis cōmētariis docet rē sane i philosophię disertationib9 celebrē q̄ri. n. solitū apud philosophos φύσει τα ονοματα η θέσει. i. natura ne noīa sint an positu: in eā rē multa argumēta dicit: cur uideri possint uerba eē naturalia magis q̄ arbitraria. ex q̄bus hoc uisum ē lepidū & festiuū. Vos inq̄t quū dicimus motu quodā oris conueniēte cū ipsius uerbi demōstratione utimur: & labias sensim primores emouemus: ac spiritū: atq; aīam porro uersum: & ad eos: q̄bus quū sermocinamur: intēdimus. at cōtra quū dicimus nos neq; profuso itentoq; flatu uocis: neq; proiectis labiis pronūciamus: sed & spiritū: & labias: quasi itra nosmetipsos coercemus: hoc idē fit in eo: q̄d dicimus: tu & ego: & tibi mihi. Nā sicuti quū annuim9: & abnuim9: motus q̄dam ille uel capitis: uel oculorum a natura rei: quā significat nō abhorret: ita in his uocib9 quasi gestus q̄dā oris & spiritus naturalis ē. eadē rō ē i græcis quoq; uocibus: quā esse in nostris animaduertimus.

Auarus simplex ne uocabulū sit: an cōpositū & duplex: sicut. P. Nigidio. Cap. v.

Varus nō simplex uocabulū: sed iunctū copularūq; esse Nigidius dicit in cōmentariorū undetricesimo: Auarus inq̄t appellatur: q auid9 æris est. sed i ea copula e inq̄t littera detrita ē. Itē locupletē ait dictū. ex cōpositis uocib9: q pleraq; loca: hoc ē q multas possessiōes tenet. Sed probabili9 id firmiusq; ē: q̄d de locuplete dicit. nā de auaro ambigitur: cur. n. nō uideri possit ab uno solū uerbo iclinarū: q̄d ē auet: eadēq; eē factura: qua ē amatus: de quo nihil dici pōt: qn duplex non sit. Auar9

Mulctam dictam esse ab ædilibus. P. Appii cæci filię mulieri nobili: q locuta esset petulantius. Cap. vi.

Oni facta modo: sed in uoces etiā petulātiores publice iudicarū est. ita enim debere esse uisa est romanæ disciplinæ dignitas inuiolabilis. Appii nāq; illius cæci filia: a ludis quos spectauerat: exiens turba undiq; cōfluētis fluctuātisq; populi iactata est. atq; inde egressa: quū se male habitā diceret. Quid in me nūc factū Appii filia
forer inq̄t. quātoq; arctius: pressiusq; cōflictata essem: si Publius Claudius frater meus nauali prœlio classem nauiū cū igenti ciuiū numero nō perdidisset? Certe q̄dē maiore nūc copia populi oppressa icidissē: sed utinā inq̄t reuiuiscat frater: aliāq; classē i siciliā ducat: atq; istā multitudinē pditū eat: q̄ me male nūc miserā cōuexauit. ob hęc mulieris uerba tā iproba: ac tā inciuilia. C. Fundanius & Tib. Sempronius ędiles plebei mulctā dixerūt ei æris grauis. xxv. milia. Id factum eē dicit Capito Atteius i cōmētario de iudiciis publicis bello punico prior: Fabio Licinio: &. T. Acilio Crasso cōsulib9

Fluminū quę ultra imperiū romanū fluunt prima magnitudine esse nilum: secūdam istrū: proxima rhodanū. sicut. M. Varronem memini scribere. Cap. vii.

Mniū fluminū quæ in maria qua imperiū ro. est: fluūt. quā græci τὴν εἴσω θάλασσαν. i. iternū mare appellāt maximū eē nilū cōsentit. proxima magnitudie Nilus.

esse istrum scripsit Salu. Varro autē quū de parte orbis: quæ Europa dicitur. diffe
Rhodanus. ret: in tribus primis eius terræ fluminibus rhodanū esse ponit. per qđ uidetur eū face
istrus. re istro æmulum. istrus enim quoq; in europa fluit.

Inter ignominias militares qb⁹ milites coercebātur fuisse sanguinis dimissionem & quænā esse uideatur cā huiuscemodi castigationis. Cap. viii.

Sāguinis missio. f Vit hec quoq; ātiqtus militaris aīaduersio: iubere ignominię cā militi uenā sol
ui: & sanguinē dimitti. cuius rei rō ī lr̄is ueterib⁹: q̄s eqdē īuenire potui nō ex
tat. sed opinor factū hoc primit⁹ ī militib⁹ stupētis aī atq; a naturali hitu de
clinātis: ut nō tā pœna: q̄ medicina uideretur postea tamē ob pleraq; alia delicta idem
factitatū eē credo p cōsuetudinē: q̄si min⁹ sani uiderentur oēs: q deliqtuot.

Quibus modis: quoque habitu acies romana istrui solita sit: quæq; earū instru
ctionum sunt uocabula. Cap. ix.

Militaria uocabula u Ocabula sūt militaria: qb⁹ istructa certo mōacies appellari solet: frōs sbsida
cune⁹: orbis: globus: forfices: serra: alæ: turres. hæc & quędā itē alia iuenire ī
libris co℞ q de militari disciplina scripserūt. translata autē sūt ab ipsis reb⁹: q̄ita pro
prie noiantur: earūq; re℞ ī acie istruēda sui cuiusq; uocabuli imagioes ostēdūtur.

Quę eius rei cā sit: q & græci ueteres: & romani annulū ī eo digito gestauerunt: qui est in manu sinistra minimo proximus. Cap. x.

Annuli gestatio u Eteres græcos annulū habuisse ī digito accepim⁹ sinistræ manus qui minimo
est pximus. romanos quoq; oēs aiunt sic plerunq; annulis usitatos. causam ē
huius rei Appion in libris ęgyptiacis hāc dicit: q ī sectis aptisq; humanis cor
poribus: ut mos in ægypto fuit: q̄s greci ανατομας .i. dissectiōes appellant repertū ē
neruū quēdā tenuissimū ab eo uno digito: de quo diximus: ad cor hominis pgere ac
peruenire. ppterea nō insetū uisum eē cū digitū potissimū tali honore decorandū: q
continens & quasi cōnexus esse cum principatu cordis uideretur.

Verbū mature qd significat: quæq; ei⁹ uocis rō sit: & q eo uerbo uulgus hominū ī
proprie utitur. atq; inibi q præcox declinatū pręcocis facit nō pręcoquis. Cap. xi.

mature m Ature nūc significat ppere: & cito cōtra ipsi⁹ uerbi snīam. aliud. n. ē mature
q̄ qđ dr̄ ppere. P. Nigidi⁹ hō ī oium bona℞ artiū disciplinis egregi⁹: Mature
inqt ē: qđ neq; citi⁹ ē: neq; serius. sed mediū qddā: & tēperatū ē. Bene atq; p
prie Nigidi⁹. nā & ī frugib⁹: & ī pomis matura dicūtur: q̄ neq; cruda & imitia sūt ne
q; caduca: & decocta: sed tempore suo adulta: maturataq;. Quoniā autem quod nō se
gniter fiebat mature fieri dicebat: pgressa plurimū uerbi significatio ē: & nō iā qđ nō
segni⁹: sed qđ festinati⁹ fit: id fieri mature dr̄: quādo ea: q̄ pter sui tpis modū pperata
sunt: immatura ueri⁹ dicātur. illud uero nidigianū rei: atq; uerbi tēperamētū: diuus
augustus duob⁹ græcis uerbis elegātissime exprimebat. nā & dicere in sermonib⁹: &
Maturitas. scribere in epistolis solitū esse aiunt. σπευδε βραδεως .i. matura. Per qđ monebat ut
ad rem agendā simul adhiberetur: & idustriæ celeritas: & diligētiæ tarditas. ex qbus
duob⁹ ɔtrariis fit maturitas. Virgili⁹ quoq; si qs aium attēdat duo ista uerba ppera
& maturare: tanq̄ plane resonātia cōtraria scitissime separauit in hisce uersibus.

Frigidus agricolam siquando cōtinet hymber:
Maturare. Multa forent quæ mox cęlo properanda sereno.
Maturare datur. Elegātissime ista duo uerba diuisit. nāq; ī pperatu rei rusticę per

pestates pluuiasq; quãdo ociũ est: maturari potest per serenas: quãdo temp⁹ instat: pperari necessum est. quũ significandũ autẽ ẽ coactius quid factũ: & festinatius: tum actius præmature factũ id dicitur: q̃ mature. sicut Afranius dixit ĩ togata cui titul⁹ nomẽ est. Appetis dominatũ demẽs præmature præcocẽ. In quo uersu aĩaduertẽdũ estq; præcocẽ inqt: nõ præcoquẽ est enĩ casus eius rectus: nõ præcoquis: sed præcox. Præmature. Præcox

De portẽtis fabulatũ: quæ Plinius secundus ĩdignissime in Democritũ cõfert philosophum. & ibidem de simulacro uolucri columbæ. Cap. xii.

Ibrũ esse Democriti nobilissimi philosophorũ de ui & natura chamæleontis eũq; se legisse Plinius secũdus in naturalis historiæ. xxviii. refert: multaq; uana: atq; intolerãda auribus. deĩdeq̃si a Democrito scripta tradit: ex qb⁹ pauca hæc inuiti meminimus: quia pertesum ẽ. Accipitrẽ auem rapidissimã a chamæleon Cameleon humi reptãte si eũ forte supuolet: detrahi & cadere ui quadã in terrã: cæterisq; aub⁹ lanıãdũ sese spõte sua obiicere & dedere. Itẽ aliud ultra humanã fidẽ: capur & collum chamæleõtis: si uratur ligno: qd' appellatur robur: hymbres & tonitrua de repẽte fieri idq; ipsũ usu uenire: si iecur eiusdẽ aĩalis ĩ summis tegulis uratur. Itẽ aliud qd' hercle an ponerẽ dubitaui: ita ẽ deridicule uanitatis: nisi icirco plane posui q̃ oportuit nos dicere qd de istiusmodi admirationũ fallaci illecebra sentiem⁹: q̃ plerũq; capiũtur: & ad pnıciẽ elabũtur ĩgẽia maxĩe solertia: eaq; potissimũ: q̃ discẽdi cupidiora sũt sed redeo ad Pliniũ. sinistrũ pedẽ ait camæleontis ferro exigni calefacto torreri: cum herbaq̃ appellat' codẽ nomie chamæleon: & utrũq; macerari unguẽto colligiq; ĩ modũ pastili atq; ĩ uas mitti ligneũ & eũ q id uas ferat: ẽt si is ĩ medio palã uersetur: a nullo uideri posse. His portẽtis atq; præstigiis a Plinio sedo scriptis: nõ dignũ eẽ cognomine Democriti puto. Vel illud q̃le ẽtq̃d idẽ Plini⁹ ĩ decimo libris Democritũ scripsisse asseuerat aues q̃sdã eẽ certis uocabulis & earũ auiũ cõfuso sanguine gigni serpẽtẽ: cũ si qs ederit: liguas auiũ: & colloquia interpretaturũ. multa ãt uidẽtur ab hominib⁹ illis male solertib⁹ huiuscemodi cõmenta ĩ Democriti nomẽ data nobilitatis auctoritatisq; ei⁹ pfugio utẽtibus. Sed id qd Archytã pythagoricũ cõmẽtũ eẽ: atq; fecisse tradit. neq; min⁹ admirabile: neq; tamẽ uanũ æque uideri debet. Nã & pleriq; nobiliũ græcorũ: & Phauorin⁹ philosophus memoriarũ ueterũ exequẽtissim⁹ affirmatissime scripserũt: simulacrũ columbæ e ligno ab Archyta rõne quadã: disciplinaq; mechanica factũ uolasse: ita erat scilicet libramẽtis suspẽsum. & aura spirit⁹ ĩclusa: atq; occulta cõcitum. libet hercle super re tam abhorrenti a fide ipsius Phauorini uerba ponere Ἀρχύτας ταραντῖνος φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην: ἥτις εἴποτε καθίσειεν οὐκέτι ἀνίστατο μέχρι γὰρ τούτου. idest Archytas tarãtinus philosophus pariter & mechanicus uir colũbam ligneã fecit uolantẽ: quæ si nõnunq̃ subsedisset: præterea nõ exurgebat. hactenus enim.

Quum partim hominũ: qua ratione homines dixerint. Cap. xiii.

Arti hoĩum uenerũt plerũq; dr: quod significat ps hoĩum uenit. i. qdã hoĩes. Partim nam partim hoc in loco aduerbiũ ẽ. neq; in casus inclinat'. sicuti quũ parti ho hoium minũ dici põt. i. cũ qbusdã hoĩbus: & q̃si cũ quadã pte hoĩum. M. Cato in ratione de floria ita scripsit. Ibi p scorto fuit ĩ cubiculũ surrectitauit e cõuiuio: cũ parti illegiã sæpe ad eũdẽ modũ erat. Imperitiores autẽ: quũ parti legũt tãq̃ declinatũ sic uocabulũ. nõ dictũ: quasi aduerbiũ. Sed. Q. Claudi⁹. xxi. ãnali ĩsolẽtius paulo

hac figura est ita usus. eum enim cum parti copiis hominũ adolescentiũ placentẽ sibi
Itẽ. Q. Claudii. xiii. annali uerba hæc sunt. Sed iccirco me fecisse: q̃ utrũ negligẽtia
ptĩ magistratuũ. num auaritia: an calamitate populi romani: euenisse dicam: nescio.

Iniuria mihi factum itur quali uerborum ordine Cato dixit. Cap. xiiii.

Vdio illi iniuriã factũ iri: audio cõtumeliã dictũ iri: uulgo quoq; ita dici &
iniuria a istam esse uerborũ figurã iam ĩ medio loquẽdi usu: iccirco exẽplis supersedeo
factum Sed cõtumelia illi uel iniuria factũ itur paulo est remotius. Exẽplũ igitur po
iur. nemus. M. Cato pro se cõtra. C. Cassiũ. Atq; euenit ita quirites ut in hac cõtumelia:
quæ mihi per huiuscemodi petulantiã factũ itur rei quoq; pub. medius fidius miserẽ
ar quirites. sicut autẽ cõtumeliã factũ iri: significat iri ad cõtumeliã faciẽdã. i. operam
dari quo fiat cõtumelia: ita cõtumelia factum itur casu tantũ immutato idẽ dicit.

De flaminis dialis. deq; flaminicæ cerimõus. uerbaq; ex edicto p̄toris apposita qbus
dicit: nõ coactuŗ se ad iurãdũ: neq; uirgĩes. Vestę: neq; diales. Cap. xv.

Flamen dialis. c Erimoniæ imposita flamini diali multę: itẽ cautus multiplices: quos in libris
qui de sacerdotibus publicis compositi sunt: Itẽ ĩ Fabii pictoris libriŗ prio
scriptos legimus: unde hęc ferme sunt: quę cõmeminimus. i. Equo dialẽ flaminẽ uehi
religio est. ii. Classem p̄cictam extra pomeriũ. i. exercitũ armatum uidere: iccirco ra
rẽter flamẽ dialis creatus cõsul est quũ bella cõsulibus mãdabãtur. iii. Itẽ iurare dialẽ
fas ounq̃ est. iiii. Itẽ annulo uti: nisi puio cassoq; fas nõ est. v. Ignẽ e flaminia. i. flami
nis dialis domo nisi sacrũ efferri ius nõ est. vi. Vinctũ si ędes eius ĩtroierit: solui neces
sum est: & uicula p impluuiũ in tegulas subduci: atq; inde foras in uiam dimitti. vii.
Nodũ in apice: neq; in cĩctu: neq; alia in parte ullũ habet. viii. Siqs ad uerberãdũ du
catur: si ad pedes eius supplex p̄cubuerit: eo die uerberari piaculũ est. ix. Capillũ dia
lis nisi q liber homo est: nõ desonet. x. Caprã & carnẽ incoctam: & ederã: & fabã: neq;
tãgere diali mos est: neq; noiare. xi. Propagines e uitibus altis p̄tẽtis nõ succidet. xii.
Pedes lecti ĩ quo cubat: luto tenui circũlitos esse oportet: & de eo lecto trinoctiũ con
tinuũ nõ decubat neq; ĩ eo lecto cubare aliũ fas est: neq; apud eius lecti fulcŗ capsam
esse cũ strue: atq; ferro oportet. xiii. Vnguiũ dialis. & capilli segmina subter arborem
filicam terra operiũtur. xiiii. Dialis quotidie festatus est. xv. Ac sine apice sub diuo eẽ
licitũ nõ est: sub tecto uti liber: & nõ pridẽ a põtificibus cõstitutum. Massurius Sabi
nus scripsit & alia quędã remissa: gratiãq; aliquot cerimoniaŗ factũ dicit. xvi. Farinã
fermẽto imbutã attigere ei fas nõ est. xvii. Tunicam ĩtimã: nisi ĩ locis tectis nõ exuit
ne sub cęlo tanq̃ sub oculis Iouis nudus sit. xviii. Sup flaminẽ dialem in cõuiuio: nisi
Rex sacrificulus: haud q̃spiam alius accũbit. xix. Vxorẽ si amisit: flamio decedit. xx.
Mr̃imonium flaminis: nisi morte dirũpi nõ est ius. xxi. Locum ĩ quo bustũ est: nunq̃
ĩgreditur. xxii. Mortuũ nunq̃ attigit: funus tamẽ exeq nõ est religio. Eædẽ ferme ceri
monię sũt: quas flaminicas sacerdotissas dialis seorsũ aiunt obseruitare. ueluti est. i.
Q̃ ãbene nato opitur. ii. Et q; tunica surculũ de arbore filica habet. iii. Et q; scalas: quę
gręce κλιμακες appellatur: eas ascẽdere ei plus tribus gradibus religiosum ẽ: atq; ẽt
iiii. Quũ it ad argeos: q; neq; comit caput: neq; capillum depectit. Verba prętoris ex
edicto ppetuo de flamine diali & de sacerdote Vestæ ascripsi. Sacerdotem uestalem
& flaminem dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam. Verba. M. Var
ronis ex secũdo reŗ diuinaŗ sup flamine diali hęc sunt. Is solus album habet galerũ

uel q maximus est: uel q Ioui immolata hostia albato fieri oporteat.

Quos errores Iuli⁹ Higin⁹ i. vi. Virgilii aiaduerterit i historia rōana erratos. Ca. xvi.

Eprehendit Higinus Virgilium: correcturūq eum fuisse existimat: quod in libro sexto scriptum est. Palinurus ē apud inferos: petens ab Aenea ut suū corpus requirendum: & sepeliendum curet. Is hęc dicit.

Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Iniice (namq potes) portusq require uelinos

Quo inqt modo aut Palinurus nouisse: aut noiare potuit portus uelinos: & Aeneas ex eo noie locum iuenire: quū Velia oppidū: a quo portum: qui i eo loco est: uelinum dixit. Seruio Tullio regnāte Romæ post ānum amplius sexcētesimū: q̄ Aeneas i Italiam uenit: cōditum i agro lucano: & eo noie appellatū est. Nam q ab Harpalo iquit regis Cyri prefecto ex terra phocide fugati sūt: alii uelam: partim massiliam cōdiderūt. Inscitissime igitur petit: ut Aeneas portū uelinū requirat: quū id nomē tpe fuerit nusq̄ gētium: neq simile iquit illud uideri debet: qd est in primo carmine. Velin⁹ portus

Italiam fato profugus: lauinaq uenit
Littora: Aut quod æque est in. vi. libro.
Chalcidicaq leuis tandem superastitit arce.

Quoniā poetæ ipsi qdā κατὰ πρόληψιν. i. p anticipationē historiæ dicere ex sua psona cōcedi solet. Quæ acta ipse postea scire potuit. sicut Virgilius sciuit de lauinio oppido: & de colonia chalcidensi. sed palinurus qui potuit id inqt scire: ea quę post annos de facta sūt: nisi qs eū diuinasse apud iferos putat: pinde ut aiæ defunctorū solēt. Sed & si ita accipias: q̄q nō ita dicit: Aeneas tamen: qui nō diuinabat. quo pacto potuit requirere portū uelinū: cui nomen tunc: sicuti diximus: nullū usq̄ fuit. Itē hoc quoq in eodē libro reprehendit: & correctutū fuisse Virgiliū putat: nisi mors occupasset. Nā quū Thesea inqt: inter eos nominasset: qui ad inferos adissent: ac redissēt: dixissetq. Quid thesea: magnū qd memorē Alciden: & mi gen⁹ ab Ioue sūmo ē: postea tamē refert. Sedet æternūq sedebit infœlix Theseus. Qui autē inqt fieri pōt: ut æternū apud inferos sedebat: quē supra cū iis nominat: q descēderit illuc: atq iderum inde euaserint: presertim cum ita sit fabula de Theseo: atq sic Hercules eū euellerit e petra: & i lucē ad superos eduxerit. in his uersib⁹ errasse Virgilium dicit.

Eruet ille argos: agamemnoniasq micenas.
Ipsumq æaciden genus armipotentis achilli.
Vltus auos troiæ: templa & temerata mineruæ:

Cōfudit inquit & personas diuersas & tēpora. nā neq eodē tēpore: neq eosdē p hoies cū acheis: & cū Pyrrho bellatū est. Pyrrhus enim quidē dicit Aeaciden: de epiro i italiā transgressus cū romanis depugnauit: aduersus Maniū Curiū in eo bello ducē. Argiuū autē bellū. s. achaicum multis post annis a. L. Mumio imperatore gestum est. Potest inquit igit medius eximi uersus: qui de Pyrrho importune immissus est: quē Virgilius proculdubio excempturus inquit fuit.

Quā ob causam: & quali modo Democritus philosophus luminibus oculorū sese priuauerit. & sup ea re uersus Laberii pure admodū & uenuste facti. Cap. xvii.

D Emocritū philosophum in monumētis grecorū historiæ scriptū est. uirum præter alios uenerandū: auctoritateq antiqua præditū luminibus oculorum sua Democritus.

sponte se priuasse: quia existimaret cogitationes: cōmētationesq; animi sui in contemplandis naturæ rationibus uegetiores: & exactiores fore si eas uidendi illecebris: & oculorū impedimentis liberasset id factū eius: modūq; ipsum quo cęcitatē facile solertia subtilissima consciuit Laberi9 poeta in mimo: quē īscripsit rectiorem: uersibus qdē satis munde: atq; graphice factis descripsit: sed cām uolūtariæ cęcitatis finxit aliā uertitq; in eā rē: quā tum agebat: nō incōcinniter. est enī psona: quę hoc apud Laberiū dicit diuitis auari & parci sumptum plurimum ασωτιαν.i. laxumq; & popinationē adolescētis filii deplorantis. Versus laberiani hi sunt.

laberi9 poeta

Democritus abderites physicus philosophus clipeum.
Constituit contra exortum hiperionis: oculos
Effodere ut posset splendore ęreo: ita radiis
Solis aciem effodit luminis: malis bene
Esse: ne uideret ciuibus. sic ego
Fulgenti splendore in pecuniam uolo
Lucificare exitum ętati meæ.
Ne in re bona uideam esse nequam filium.

Historia de Artemisia. deq; eo certamine: quod apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus inclytis decertatum est. Cap. xviii:

Artemisia mausolus.

a Rtemisia Mausolū uirum amasse fertur supra oēs amorū fabulas: ultraq; affectionis humanæ fidē. Mausolus āt fuit ut M. Tullius ait: rex terrę cariæ: ut qdā gręcarū historiarū scriptores dicūt: puicię gręcę pfectus: quē σατραπην.i. ducē ac prędidē gręci uocant. Is Mausolus ubi fato pfunctus est: & inter lamēta & manus uxoris funere magnifico sepultus est: Artemesia luctu atq; desiderio mariti flagrans ossa: cineresq; eius mixta odorib9: cōtusaq; in pulueris faciē aquę indidit ebibitq; multaq; alia uiolenti amoris īdicia fecisse dr. molita quoq; ē igēti ipetu opis cōseruādæ mariti memorię cā: sepulchrū illud memoratissimū: dignatūq; numerari inter septē oīum terrarū spectacula. Id monumētū Artemisia cū diis māib9 sacris Mausoli dicaret: agona.i. certamen laudib9 eius dicūdis facit. ponitq; pmia pecūiæ aliarūq; rerū bonarū amplissima. ad eas laudes decertādas uenisse dicūtur uiri nobiles īgēio atq; ligua pręstabili Teopompus: Theodectes: Naucrites. sunt ēt q Isocratē ipsum cū iis certauisse memoriæ mandauerint. sed eo certamine uicisse Theopompū iudicatū ē. is fuit isocratis discipulus. extat oūc quoq; Theodecti tragœdia: quæ īscribitur Mausolus: in qua eum magis q̄ in prosa placuisse Higinus in exemplis refert.

Nō purgari neq; leuari peccatū: quū prætēditur peccatorū: q̄ alii quoq; peccauerunt: similitudo: atq; inibi uerba ex orōne super ea re Demosthenis. Cap. xix.

i Ncessebat quempiā Taurus philosophus seuera atq; uehemēti obiurgatione adolescentē a rhetorib9 & facūdię studio: ad disciplinas philosophię trāsgressum: q, factū qddā ab eo diceret inhoneste & īprobe. at ille non ibat īficias fecisse: sed id solitū esse fieri defendebat. turpitudīoēq; delicti: exēplorū usu. & consuetudinis uenia depcabat. atq; ibi taur9 isto ipso defensiōis genere irritatior homo inquit stulte & nihili: si te a malis exemplis auctoritates & rōnes philosophię non abducūt: ne illius quidē Demosthenis uestri sententia tibi in mentē uenit: quæ quia lepidis: & uenustis uocum modis uincta est. quasi quędā cantilena rhetorica facilius adhæret

X insula creta quispiā aetatē athenis agēs. Platonicū esse se philosophū dicebat: & uideri ger gestiebat: Erat autē nihili homo & nugator: atq; i gręce facundię gloria iactabundus. Praeterea uini libidine adusq; ludibria ebriosus. Is in conuiuiis iuuenū: quae agitare athenis hebdomadibus lunę solenne nobis fuit simul atq; modus epulis factus & utiles delectabilesq; sermones cœperāt: tum silentio ad audiendū petito: loqui cœptabat. Atq; id gen⁹: uili & icōdita uerborū caterua: hortabatur oēs ad bibēdū: Idq; se facere ex decreto Platonico prędicabat: tanq̄ Plato i libris quos de legibus cōposuit: laudes ebrietatis copiosissime scripsisset: utilemq; eam esse bonis & fortibus uiris censuisset. Ac simul iter eiusmodi orationē crebris: & ingētibus poculis omne ingeniū igurgitabat. Fomitē esse quendā dicens & incitabulū ingenii uirtutisq;: si mens & corpus hominis uino flagraret. Sed eni Plato in primo: & secundo de legibus: uno ut ille nebulo opinabat: ebrietatē istā turpissimā: quae labefacere: & minuere hoīum mentes soler: laudauit. Sed hanc largiorē paulo iucūdiorēq; uini inuitationē: quę fieret sub qbusdā q̄si arbitris: & magistris cōuiuiorū sobriis non iprobauit. Nā & modicis modestisq; interbibendū remissionibus refici: itegratiq; animos ad instaurāda sobrietatis officia existimauit. reddiq; eos sensim laetiores: atq; ad intētiones rursum capiēdas fieri habiliores. Et simul siqui penitus i iis affectionum cupiditatumq; errores inessent: quos aliquis pudor reuerēs cōcelaret: ea oīa sine graui periculo libertate per uinū data detegi: & ad corrigendū: medēdumq; fieri oportuniora. atq; etiam hoc Plato ibidem dicit: nō defugiēdas esse: neq; respuēdas huiuscemodi exercitatiōes: aduersum ppulsandā uini uiolētiā. Neq; ullū unq̄ cōtinētem prorsus ac temperantē satis fideliter uisum esse: cuius uita uictusq;: nō iter ipsa errorū picula: & in mediis uoluptatū illecebris explorata sit. Nā cui libētiae gratięq; oēs cōuiuiorum icognitae sint: quiq; illarū oīno expers sit. Si eū forte ad participādas eiusmodi uoluptates: aut uolūtas tulerit: aut casus iduxerit: aut necessitas cōpulerit: deliniri plerūq; & capi. Neq; mētē aīumq; ei⁹ cōsistere: sed ui qdā noua ictū labescere. Cōgrediēdū igit̄ [illegible]: & tanq̄ i acie quędam cū uoluptarus reb⁹: cūq; ista uini licētia cominus decer

nendũ ut aduersum eas: nõ fuga simus tuti nec absentia: sed uigore animi: & cõstanti præsentia: moderatoq; usu tẽperantiã: cõtinẽtiãq; tueamur: & calefacto simul: refecto q; animo: siqd in eo: uel frigidę tristitiæ: uel torpẽtis uerecũdiæ fuerit: diluamus.

Quid. M. Cice. de pticula ista senserit: scripseritq; quæ ꝑposita ẽ uerbis aufugio & aufero. Et an in uerbo autumo: eadẽ ista hęc præpositio esse uideri debeat. Cap. iii.

Egimus librũ Ciceronis: qui ĩscriptus ẽ orator. In eo libro Cicero quũ dixisset

Aufugio I uerba hęc: aufugio: & aufero: cõposita quidẽ esse ex prępositione ab: & ex uerbis fugio: & fero: sed eã prępositionẽ: quo fieret uox ꝓnunciatu: auditu q; lenior:

Aufero uersam mutatãq; esse in au syllabã: cœptũq; esse dici aufugio: & aufero pro absfugio: & absfero. Cũ hoc inq̃ ita dixisset: tum postea ibidẽ super eadem particula ita scripsit. Hęc inquit prępositio: præter hæc duo uerba: nullo alio in uerbo reperiet. Inuenimus autẽ in cõmẽtario nigidiano uerbũ autumo cõpositum ex ab prępositione: & uerbo æstimo: dictumq; intercise: autumo: quasi abęstimo: quod significaret totum

Autumo. æstimo: tanq̃ abnumero. Sed quod sit cum honore multo dictũ. P. Nigidii hominis eruditissimi audacius hoc: argutiusq; esse uidet: q̃ uerius: Autumo enim nõ id solum significat: sed & dico & opinor & cẽseo: cũ quibus uerbis prępositio ista: neq; cohærẽtia uocis: neq; significatione sententię cõuenit. Preterea uir acerrime in studio litteraꝝ licẽtię. M. Tullius: nõ sola esse hęc duo uerba dixisset: si reperiri posse ullũ tertium: Sed illud magis quęri ĩspiciq; dignũ ẽ: uersa ne sit & mutata ab prępositio in au syllabã ꝓpter lenitatẽ uocis: an potius au particula sua sit ꝓpria origĩe: & p inde ut pleręq; alię præpositiones a gręcis: ita hæc quoq; ĩde accepta sit. sicuti ẽ in illo uersu homeri.

αὐέρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν. ἀβρόμοι ἀνίαχοι.

Prima supinarunt: necuere. exuta dedere:

Pellibus. absq; sono. & uocum turba.

Historia de Ventidio Basso ignobili homine: quem primum de parthis triũphasse memorię traditum est. Cap. iiii.

I N sermonibus nup fuit senioꝝ hoium: & eruditoꝝ: multos ĩ uetere memoria altissimũ dignitatis gradũ ascẽdisse ignobilissimos pri⁹ homines: & despicatissimos. Nihil adeo tamẽ de quoq̃ tãtæ admirationi fuit: quãtæ fuerũt quę de Vẽ

Ventidius Bassus tidio Basso scripta sunt. Eũ picẽtẽ fuisse genere: & loco humili: & matrẽ ei⁹ a Põpeio Strabone Põpeii magni patre bello sociali quo asculanos subegit: captã cũ ipso esse. Mox triũphante Põpeio Strabone eũ quoq; puerũ iter cæteros ante currũ imparatoris sinu matris uectũ esse. Post quũ adoleuisset: uictũ sibi ægre quæsisse: eũq; sordide inuenisse: cõparãdis mulis: & uehiculis magistratibus qui sortiti ꝓuincias forẽt præbẽda publice cõduxisse. In isto quęstu notũ esse cœpisse. C. Cęsari: & cũ eo ꝓfectũ esse in gallias. Tum quia in ea ꝓuincia satis nauiter uersatus esset: & deĩceps ciuili bello mãdata sibi pleraq; impigre: & strenue fecisset: nõ modo in amicitiã Cæsaris: sed ex ea in amplissimũ quoq; ordinẽ puenisse. Mox tribunũ quoq; plębis: ac deinde prętorẽ creatũ. Atq; in eo tẽpore iudicatũ esse a senatu hostẽ cũ. M. Antonio. Post uero coniũctis partibus: nõ pristinã tãtũ dignitatẽ recupasse: sed põtificatũ: ac deide cõsulatũ quoq; adeptũ eẽ. Eãq; rẽ tã intolerãter tulisse populũ romanũ: qui Vẽtidiũ Bassum meminerat curãdis mulis uectitasse: ut uulgo per uias urbis uersiculi prescriberẽtur.

Concurrite omnes augures: aruspices.

Portentum inusitatum conflatum est recens.
Nam mulos qui fricabat: consul factus est.
Eundē Bassum Suetonius Trāquillus prępositū esse a. M. Antonio prouīciis oriētalibus: parthosq; in syriam itrorūpentis: trib9 ab eo prœliis fusos scribit. Eūq; primū omniū de parthis triumphasse. & morte obita publico funere sepultum eē.

Verbū profligo a plerisq; dici improprie insciteq;. Cap. v.

a Icut alia uerba pleraq; ignoratione & inscitia improbe dicētiū: quę non itelligāt: deflexa & deprauata sunt a ratione recta & cōsuetudine: ita hui9 quoq; uerbi quod est pfligo: significatio uersa & corrupta est. Nāquum ab affligendo & ad perniciē interitūq; ducēdo inclinatū id tractumq; sit: semperq; eo uerbo qui diligēter locuti sunt: ita usi sint: ut pfligare dicerēt pdigere & deperdere: pfligatasq; res quasi pflictas & pditas appellarint: nūc audio ædificia & tēpla: & alia fere multa quę prope absoluta: effectaq; sunt: in profligato esse dici: ipsaq; esse iam profligata. pfligo
Quapropter urbanissime respōdisse prætorē nō indoctū uitū Barbasculo quidam: ex aduocatorū turba Sulpitius Apollinaris in quadā epistola scriptū reliquit. Nā quū ille inquit rabula audaculus ita postulasset: uerbaq; ita fecisset oīa uir clarissime negocia de quibus te cogniturū esse hodie dixisti: diligētia & uelocitate tua pfligata sunt: unū id solū relictū est: de quo rogo audias. Tū prætor satis ridicule: an illa negocia d quibus iā cognouisse me dicis: pfligata sint eqdem nescio. hoc autē negociū quod in te incidit: pculdubio siue audiā siue nō audiā pfligatū est. Quod significare autem uolūt qui pfligatū dicūt. ii qui latine locuti sunt: nō pfligatū sed affectū dixerūt sicut M. Cicero in oratione quā habuit de puinciis cōsularibus. eius uerba hæc sunt. Bellū affectū uidemus: & uere ut dicā pene cōfectū. Itē infra. Nā ipse Cæsar qd est q; ī mea prouincia cōmorari uelit nisi ut ea quæ per eū effecta sunt: perfecta reipu. tradat. idē Cicero in œconomico: Quū uero affecta iā ppe æstate: uuas a sole mitescere tēpus ē. affectū

In libro. M. Ciceronis de gloria secundo manifeste est erratum in ea parte in qua scriptū est super Hectore & Aiace. Cap. vi.

i N libro. M. Tullii: qui est secūdus de gloria: manifest9 error ē nō magnæ rei Quū errorē esse possit agnoscere nō aliquis eruditoꝶ: sed q tātū legerit ὀμηρου τον. i. Homeri. η. litterā. i. librū octauū. quāobrē nō tā id mirabamur errasse in rā i. ē. M. Tulliū q nō esse animaduersum hoc postea: correctumq; uel ab ipso uel a Tyrone liberto eius diligētissimo homine: & librorum patroni sui studiosissimo. Itaque manen scriptū in eodē libro est: Aiax tū Hectore cōgrediēs de pugnādi causa agit: ut sepeliatur: si sit forte uict9. Declaratq; se uelle ut suum tumulum; multis etiā post seculis prætereuntes sic loquātur. cicerōis error.

Hic situs est: uitę iampridem lumina linquens.
Qui quondam hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur hoc aliquis. mea semper gloria uiuet.

Huius autem sententiæ uersus: quos Cicero in linguam latinam uertit: nō Aiax apd Homerū dicit: neq; Aiax ait ut sepeliatur: sed Hector dicit: & Hector de sepultura agit: priusq sciat: an secum depugnādi causa congressus sit aiax.

ἀνδρος μεν τοδε σημα παλαι κατατεθνειωτος
ὁν ποτ᾽ ἀριστευοντα κατεκτανε φαιδιμος ἑκτωρ

ὡς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ᾽ ἐμὸν κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται.

Ecce uiri tumulum. qui pridem a lumine cessit.
Abstulit hunc factis præclarum splendidus hector.
Quondam ita quis dicet: mea nunq̃ gloria olebit.

Obseruatum esse in senibus: q̃ annum fere ętatis tertium & sexagesimum agant: aut laboribus aut iteritu aut clade aliqua insignitum. Atq; mibi super eadem obseruatione exemplum appositum epistolæ diui augusti ad Caium filium. Cap. vii.

annus sexagesimus tertius Climactericus

o Bseruatũ in multa hominũ memoria: expertũq; est senioribus plerisq; oibus sexagesimũ tertiũ uitę annũ cũ piculo & clade aliqua uenire: aut corporis morbiq; grauioris: aut uitę interitus: aut animi ægritudinis. Ppterea qui rerum: uerborũq; istiusmodi studio tenent: eũ ætatis ãnũ appellãt κλιμακτηρικόν. i. scalarẽ. Nocte quoq; ista pxima supiore quũ librũ epistolarũ diui Augusti quas ad Caium nepotẽ suũ scripsit legeremus: duceremurq; elegãtia orationis: neq; morosa: neq; anxia: sed facili hercle & simplici: idipsum in quadã epistola sup eo ãno scriptũ offendimus. Eiusq; epistolę exẽplũ hoc est. viii. cal. octobris. Aue mi Cai: meus Asellus iucũdissimus: quẽ semp mediusfidius desidero: quũ a me abes. Sed præcipue diebus talibus qualis est hodiernus. oculi mei requirere meũ Caiũ: quẽ ubicũq; hoc die fuisti: spero lætũ & beneuolẽtẽ celebrasse. quartũ & sexagesimũ natalẽ meũ: nam ut uides κλιμακτῆρα. i. scalariũ cõmunẽ seniorũ omniũ tertiũ & sexagesimũ euasim⁹ annum. Deos autẽ oro: ut mihi quãtũcũq; supest tẽporis: id saluis uobis traducere liceat. i statu reipub. fœlicissimo ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων. idest fortiter ac uiriliter agentibus uobis: atq; succedentibus suscipientibusq; stationem meam.

Locus ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœnarum atq; luxurię exprobatione: qua usus est: quum legem liciniam de sumptu minuendo suasit. Cap. viii.

q Vum legerem⁹ orationẽ ueterẽ phauorini: nõ idiserti uiri: quã orationem totã: ut meminisse possem⁹: odio hercle istiusmodi sumptus atq; uict⁹ pdidicimus. Verba quę apposuim⁹ Phauorini hæc sunt. Præfecti popinę atq; luxuriæ: negãt cœnã lautã esse nisi quũ libẽtissime edis: tũ auferat̃ & alia esca melior atque amplior succẽturiet̃. Is nũc flos cœnæ haberet̃ inter istos: quibus sumptus & fastidium pro facetiis pcedit. Qui negãt ullã auẽ pręter ficedulã: totã comesse oportere cęterarũ auiũ: atq; altiliũ: nisi tantũ apponat̃: ut a clunículis inferiore parte saturi fiant: cõuiuiũ putãt inopia sordere. Superiorẽ partẽ auiũ atq; altiliũ: qui edũt: eos palatũ nõ habere. Si pportione crescit luxuria: & debere epulas crescere. videte qd relinquitur: nisi ut deliberari sibi cœnas iubeãt ne edẽdo defatigent̃: quãdo stratus auro: argẽto: purpura: amplior aliquot hominibus. q̃ diis immortalibus adornantur.

Quod Cecilius poeta frontem genere uirili: nõ poeticę: sed cum probatione & cũ analogia appellauit. Cap. ix.

Ere ac diserte Cecilius hoc in subditiuo scripsit.
u Nam ii sunt inimici pessimi fronte hilaro.
Corde tristi: quos neq; ut apprehendas: neq; ut mittas: scias.

Hos ego uersus quũ de quodã istiusmodi homine sermones essent in circulo forte iuuenũ eruditorũ dixi. Tũ de grãmaticorũ uulgo quispiã nobiscũ ibi assistens non sane ignobilis. Quãta inquit licẽtia: audaciaq; Cecilius hic fuit: cũ frõte hilaro. nõ frõte hila

ura dixit. & tam imanē solœcismū nihil ueritus est. Immo inq̄ poti9 nos: & q̄ auda
ces: & q̄ licētes sumus: qui frōtē iprobe: idocteq; nō uirili genere dicimus: quū & ratio
pportionis: quæ analogia appellat̄: & ueterū auctoritas nō hāc: sed hūc frontem de
bere dici suadeāt. quippe. M. Cato in quinta originum ita scripsit postridie signis col Fronte
latis: æquo frōte: peditatu: equitib9: atq; aliis cū hostiū legionibus pugnauit: Recto hilare.
quoq; fronte idē Cato: eodē in libro dicit. At ille semidoctus grāmaticus. Missas īqt
auctoritates facias quas quidē ut habeas posse fieri puto. Sed rationē dic quā nō ha
bes. Atq; ego iis eius uerbis: ut tū ferebat ætas irritatior audi inq̄ mi magister rationē
falsam quidem: sed quā redarguere falsam eē tu nō queas. Oia inq̄ uocabula trib9 lit
teris finita quibus frons finit̄: generis masculini sunt si in genitiuo quoq; casu eadem
syllaba formantur: ut mons: pons: frons. At ille contra renitēs. Audi inqt discipule plu
ra alia cōsimilia: quæ nō sunt generis masculini. Petebāt ibi oēs: ut uel unū statim di
ceret. Sed quū homo uultū intorqueret: & nō hisceret: coloresq; mutaret. Tū ego īter
cessi: & uade inq̄ nūc: & hēto ad regrēdū. xxx. dies. Postq̄ īueneris repetes nos. Atq;
ita hoiem nulli rei ad indagādū uocabulū quo rescinderet functionē fictā dimisimus.

De uoluntario & admirando interitu uirginum milesiarum. Cap. x.

p Lutarchus in librorū quos περιψυχης. i. de anima īscripsit primo quū de mo
ribus dissereret in aios boium in. idētibus uirgines dixit: milesii nominis: fer
me quot tū in ea ciuitate erāt: repēte sine ulla euidēti causa uoluntatē cœpisse
obeūdę mortis. Ac deinde plurimas uitā suspēdio amisisse. Id quū accidisset idies cre
brius: neq; ais earū mori pseuerantiū medicina adhiberi quiret: decreuisse milesios: ut Milesi
uirgines: quę corporib9 suspēsis demortuæ forēt: ut eæ oēs nudę cū eodem laqueo: urgies
quo essent præuictę efferrent̄. Post id decretū uirgines: uoluntariā mortem non petiis
se pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

Verba senatuscōsulti de exigēdis urbe roma ph'is. itē uerba edicti cēsorū: quo īpro
bati & coerciti sunt: q disciplinā rhetoricā istituere: & exercere Rōę cœperāt. Cap. xi.

Fannio Strabone. M. Valerio Messalla cōsulibus: senatuscōsultū de philoso
phis & rhetoribus latinis factū est. M. Pōponius prętor senatū cōsuluit: qđ
uerba facta sūt de philosophis & rhetorib9: de ea re ita cēsuerūt: ut. M. Pōpo
nius prętor aīaduerteret: curaretq; uti ei e repu. fideq; sua uideret̄: uti romæ ne essent.
Aliquot deinde annis post id senatuscōsultum Cn. Domitius ænobarbus: &. L. Li Rheto
cinius Crassus cēsores: de coercēdis rhetorib9 latinis: ita edixerūt. Renūciatū ē no res &
bis eē hoies q nouū genus disciplinę instituerūt. Ad quos iuuētus i ludum cōueniat: philoso
eos sibi nomē imposuisse latinos rhetores. Ibi hoies adolescētulos dies totos desidere. phi eie
Maiores nostri quę liberos suos discere: & quos i ludos itare uellēt instituerūt. Hæc cti.
noua quę pręter cōsuetudinē: ac morē maiorū fiūt: neq; placēt: neq; recta uidentur:
Quapropter & iis qui eos ludos habent: & iis qui eo uenire consueuerunt: uisum est
faciundum: ut ostenderemus nostram sententiam: nobis non placere. Neq; illis solū
temporibus nimis rudibus: necdum gręca doctrina expolitis philosophi ex urbe ro
ma pulsi sunt uerum etiam Domitiano imperante: senatusconsulto eiecti: atq; urbe
& italia interdicti sunt. qua tempestate Epictetus quoq; philosophus: ꝓpter id sena
tuscōō. nicopolim roma decessit.

Loc9 ex orōne Gracchi de psimonia: ac de pudicitia sua memoratissim9. Cap. xii.

gracchi psimonia

g Racchus quum ex Sardinia rediit: orationẽ ad populũ in cõcione habuit. ea uerba sunt hæc. Versatus sum inquit in ꝓuícia: quomodo ex usu uestro existimabã eẽ: nõ quomõ ambitioni meæ cõducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina: neq̃ pueri eximia facie stabãt: sed in cõuiuio liberi uestri modestius erant: q̃ apud pricipẽ. Post deinde hæc dicit. Ita uersatus sum in prouícia: ut nemo posset uere dicere assem: aut eo plus in muneribus me accepisse. aut mea opa quẽpiã sumptũ fecisse. Bienniũ fui in ꝓuincia si ulla meretrix domũ meã introiuit: aut cuiusq̃ seruulus ꝓpter me solicitatus est: omniũ nationũ postremissimũ neq̃ssimũq; æstimatote. Quum a seruis eoꝝ tam caste me habuerim: inde poteritis considerare: Quomodo me putetis cũ liberis uestris uixisse atq; ibi ex íteruallo: Itaq; inquit quirites: quũ romam profectus sum. zonas quas plenas argẽti extuli: eas ex prouincia inanes retuli: Alii uini amphoras: quas plenas tulerũt eas argẽto plenas domo reportauerunt.

De rebus inopinatis quæ utroq; uersum dicuntur: & a grãmaticis communia uocantur. Cap. xiii.

u Tor & uereor & hortor & cõsolor cõmunia uerba sũt: ac dici utroq; uersu possũt: uereor te: & uereor abs te: idest tu me uereris: utor te & utor abs te. i. tu me uteris. hortor te & hortor abs te. i. tu me hortaris. cõsolor te & cõsolor abs te: id est tu me cõsolaris. testor quoq; & interpretor significatione reciproca dicũtur: Sũt autẽ uerba hæc oĩa ex altera parte inusitata: Et an dicta sint in eã quoq; partem quęri solet. Afranius ĩ cõsobrinis. Hem iste parẽtũ est uitabilis liberis: ubi malũt metuiq̃ uereri se a suis. Hic uereri ex ea parte dictũ est: qua est nõ usitatior. Nouius ĩ ligaria: uerbũ quod est utitur: ex cõtraria predicit. Quia supplex multa: quæ nõ utitur: emitur tamẽ. i. q̃ usui nõ est. M. Cato in quinta origine: exercitũ inquit suũ prælium paratũ cohortatus eduxit foras: atq; instruxit. cõsolor quoq; in partẽ alterã: præterq̃ dici solitũ est in epistola. Q. Metelli: quã quũ ĩ exilio eẽt ad Cn. & ad. L. Domitios dedit. Ac quũ animũ inqt uestrũ erga me uideo uehemẽter consolor. & fides uirtusq; uestra mihi ante oculos uersatur: Testata itidẽ & íterpretata eadẽ ratione dixit. M. Tullius in primo libro de diuinatione: ut testor interpretorq; uerba cõmunia uideri debeant. Salustius quoq; eodẽ modo dilargitus proscriptoꝝ bonis dicit: tanq̃ uerbũ largior sit ex uerbis cõmunibus: Veritũ autẽ sicut puditũ & pigitũ: nõ psonaliter per infinitũ modũ dictũ esse: nõ a uetustioribus tantũ uidem9: sed a. M. quoq; Tullio in secũdo de finibus. Primũ inqt Aristippi cirenaicorũq; omniũ: quos nõ est ueritum ĩ ea uoluptate: quæ maxima dulcedine sensum moueret summũ bonum ponere. Dignor quoq; & ueneror. & cõfiteor & testor: habita sunt in uerbis cõmunibus sicut in Virgilio illa dicta sunt. Coniugio anchisa ueneris dignate supbo. & Cursusq; dabit uenerata sacerdos. Cõfusio aũt æris de quo facta cõcessio est: in. xii. tabulis scriptũ ẽ his uerbis. Aeris cõfessi: rebusq; iudicatis. xxx. dies iusti sunt. Irẽ ex iisdẽ tabulis id quoq; ẽ. Quæ si erit testatior: libripẽsue fuerit in testimoniũ feriatur íprob9 írestabilisq; esto.

Quod Metellus Numidicus figuram orationis noua: ex orationibus grecis mutatus est. Cap. xiiii.

a Pud. Q. Metellũ Numidicũ in libro accusationis in Valerium Messalã ... noue dictũ esse annotauimus: Verba ex oratione eius hæc sunt: Quũ sese sciret in tantũ crimẽ uenisse: atq; socios ad senatũ questũ flẽtes uenisse: sese ...

mas pecunias exactos esse. pecunias se maximas exactos id nobis uidebatur græca fi-
gura dictũ. Græci.n.dicũt ϵις πραξατο μϵ αργυριον.i.exigit a me argẽtum. Id signifi
cat exegit me pecuniã: q̃ si id dici potest: etiã exactus esse aliquis pecuniã dici potest.
Cecilius quoq; eadem figura in hypobolimæo æschino usus uidetur: Ego illud min⁹
nihilo exigor portorium: idest nihilo minus exigitur de me portorium.

Passis uelis. & passis manibus dixisse ueteres: non a uerbo suo quod est patior: sed
ab alieno: quod est pando Cap.xv

B eo quod est pando passum ueteres dixerunt: nõ pansum, & cum præpositio Pãsũ a
a ne expassum: nõ expansum: Cecilius in synaristosis. Heri uero pspexisse eũ se pando
ex regulis. Hęc nunciasse & flãmeũ expassum domi capillo quoq; esse multer Expas-
passo dicitur: q̃si porrecto & expãso: & passis manibus: & uelis passis dicimus. qd si- sum
gnificat diductis: atq; distentis. Itaq; Plautus in milite glorioso a littera in e mutata: p Dispes
compositi uocabuli morem dispessis dicit: pro eo quod est dispassis. sis
Credo ego isto exemplo tibi esse eundem extra.
Portam dispessis manibus patibulum quum habebis.

Denouo genere interitus crotoniensis Milonis. Cap.xvi.

Ilo crotoniẽsis athlęta illustris: quẽ in chronicis scriptũ est olympiade prima
m coronatũ esse: exitũ habuit uitę miserãdũ & mirãdũ. Quũ iam natu grãdis ar
tẽ athleticã desisset: iterq; faceret forte solus i locis Italiæ siluestribus: quercũ
uidit pxime uiã patulis i parte media ramis hiãtẽ. Tũ expiri credo etiã tũc uolens: an Milõis
ullæ sibi reliquę uires adessẽt: immissis i cauernas arboris digitis diducere & rescĩdere interit⁹
quercũ conat⁹ ẽ. Ac mediã qdẽ partẽ discidit: diuellitq;. Querc⁹ aũt in duas diducta
ptes: quũ ille q̃si pfecto: qd erat cõnixus: man⁹ laxasset: cessante ui redit i naturã: ma-
nibusq; ei⁹ retẽtis iclusisq; strictã denuo: & cohæsa dilacerãdũ hoiem feris prębuit.

Quam ob causam nobiles pueri atheniensium tibiis canere desierint: quum patri-
um istum morem canendi haberent. Cap.xvii.

Lcibiades atheniensis: quum apud auunculũ Periclẽ puer artibus ac discipli- Alcibi
a nis liberalibus erudiretur: & arcessi Pericles Antigenidã tibicinẽ iussisset: ut eũ ades
canere tibiis qd honestissimũ tũ uidebatur doceret: traditas sibi tibias quũ ad
os adhibuisset. iflassetq;: pudefactus oris deformitate: abiecit infregitq;. Ea res quum
percrebuisset. omniũ tum Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est
Scriptum hoc in commentario Pamphilæ nono & uicesimo.

Quod pugna belli ciuilis: uictoriaq; C. Cæsaris: quã uicit in pharsaliis cãpis nun
ciata prędictaq; est per cuiusdam Cornelii sacerdotis uaticinium: eodem ipso die i Ita
lia Patauii. Cap.xviii.

Vo. C. Cæsar: & Cn. Põpeius die ciuile bellũ signis collatis in thessalia cõflixe Come-
q rũt: res accidit Patauii in trãspadana Italia memoria digna: Cornelius qdã sa- lius sa-
cerdos & loco nobilis & sacerdotis religionibus uenerandus: & castitate uitæ cerdos
sanct⁹ repẽte mota mẽte cõspicere se pcul dixit pugnã acerrimã pugnari. Ac deide ali
os cedere: alios urgere cædẽ: fugã: tela uolãtia: istaurationẽ pugnę: ipressionẽ gemit⁹
uulnera. peride ut se ipse in prœlio uersaretur: coram uidere sese uociferatus est. Ac po
stea subito exclamauit Cæsarẽ uicisse. At Cornelii sacardotis ariolatio leuis tũ qdẽ ui
sa est: & uecors. Magnæ mox admirationi fuit: q nõ modo pugnę quę in thessalia pu-

gnata est: neq3 prœlii exitus: qui erat predict9: idē fuit: sed oēs quoq3 pugnādi recipro cæ uices: & ipsa exercituū duo3 cōflictatio uaticinātis motu atq3 uerbis repsentatæ.

Verba. M. Varronis memoria digna ex satyra quæ inscribitur περὶ ἐδεσμάτων. idest de edulus. Cap. xix.

n On paucissimi sunt: in quo potest cōuenire id qđ. M. Varro dicit in satyra q̃ i scribit περι εδεσματων. i. de edulis uerba hæc sūt. Si q̃tum ope sūpsisti: ut tuus pistor bonū faceret panē: eius duodecimā phię dedisses: ipse bon9 iāpridē eēs fa ctus. Nūc illū q norūt uolūt emere milibus cētū. Tę qui nouit nemo centussis.

Notata q̃dā de Euripidis poetę genere. uita: morib9: deq3 eiusdē fine uitæ. Ca. xx.

Euripides e Vripidi poetæ matrē Theopōpus agrestia olera uēdentē uictū quæsisse dicit. Patri aūt eius nato illo: respōsum est a chaldęis eū pue3 quū adoleuisset uicto rem i certaminibus fore. Id ei puero factū esse pater interpretatus athletā debe re esse roborato exercitatoq3 filii sui corpore olympiā certatu3 eum iter athletas pue ros deduxit. Ac primo qdem i certamine p ambiguā ætatē receptus nō est. Post eleu sino & theseo certamine pugnauit: & coronatus est. Mox a corporis cura ad excolen di animi studiū trāgressus auditor fuit physici Anaxagoræ: & rhetoris Prodici. In mo rali aūt philosophia Socratis. Tragœdiā scribere natus annos duodeuiginti adortus est. Philocorus refert in īsula salamine spelūcā esse tetrā & horridā: quā nos uidimus: in qua Euripides tragœdias scriptitauit. Mulieres fere oīs in maiorē modū exosus fu isse dicitur: siue q natura abhorruit a mulie3 cœtu: siue q simul duas uxores habue rat: cū id decreto ab atheniēsibus facto ius esset: quarum matrimonii pertędebat. Ei9 odii in mulieres Aristophanes quoq3 meminit: ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις

Thesmophoria idest in prioribus thesmophoriis quum mulieres ad sacra conueniunt eleusina. thes mophoria enim festa sunt Cereris in his uersibus.

νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ καὶ λέγω
τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα
ἄγρια γάρ τινα ὦ γυναῖκες δρᾷ ἅτε ἐν ἀγρίοις
τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς. idest.
Omnis igitur nunc admoneo. & dico
Virum huncine ulcisci: multis de causis.
Agrestia etenim quędam matronæ agit: ut qui
In agrestibus enutritus oleribus sit.
Alexander autem ætolus hos de Euripide uersus composuit.
ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου.
στριφνὸς μὲν ἔμοιγε ἔοικε προσειπεῖν
καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν. οὐδὲ παρ' οἶνον
μεμαθηκώς: ἀλλ' ὅτι γράψαι τοῦτ' ἂν
μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτετεύχει. Idest
At anaxagoræ alumnus ueteris ille
Durus quidem ad salutandum uidetur:
Et ridendi exosus: & iocari ne ad uinum quidem
Consuetus. uerum quicquid scripserit. id.
A melle ac sirenibus pfluit: Is quū in macedonia apud Archelaū regē esset uteretq3

ores familiariter rediēs nocte ab eius cœna: canibus a quodā ęmulo īmissis dilacera-tus est: & ex iis uulneribus mors secuta est. Sepulchrū aūt eius: & memoriā macedo-nes eo dignati sūt honore: ut ī glorię quoq; loco prædicarent. ουποτεσον μνημα ευριπιδηςολετο πον. i. nulla ætate tua Euripides monumēta peribūt: Qd egregius poe-ta morte obita sepultus in eorum terra foret. Quam obrem quū legati ad eos ab athe-niensibus missi petissent ut ossa in terram illius patriam permitterent trāsferri: maxi-mo consensu macedones in ea re deneganda perstiterunt.

Quod a poetis Iouis filii prudentissimi: humanissimiq;: Neptūni autē inhumanis-simi: & ferocissimi traduntur. Cap. xxi.

Ræstātissimos uirtute: prudētia: uiribus Iouis filios poetæ appellauerūt: ut Æ-acū: minoa: & sarpedona: ferocissimos & imanes: & alienos ab oī humānitate tāq; e mari gēitos Neptūni filios dixerūt: Cyclopa: & Cercyōa: & Lestrygōas: Filii Io-uis Filii Ne-ptunni

Historia de Sertorio duce: deq; astu eius: cōmentitiisq; simulamētis: qbus ad Bar-baros milites cōtinendos: cōciliandosq; sibi utebatur. Cap. xxii.

Ertorius uir acer: egregiusq; dux: & utēdi regēdiq; exercitus peritus fuit. Is in tpībus difficillimis mētiebatur ad milites si mēdaciū prodesset: & litteras cō-positas p uetis legebat: & somniū simulabat: & falsas religiones conferebat: si quid istę res eū apud militū aīos adiuuabāt. Illud adeo Sertorii nobile ē. Ceruā alba Sertorii astutia eximiæ pulchritudinis: & uiuacissimę celeritatis a Lusitano ei quodā dono data ē: hāc sibi oblatā diuinitus & instinctā. Dianæ numinæ: colloqui secū: monereq; & docere: quæ utilia factu essent: psuadere oibus instituit. Ac siquid durius uidebatur qd īperā-dū militib9 foret: a cerua sese monitū prædicabat. Id quū dixerat uniuersi tanq; si deo libentes parebant. Ea cerua quodā die quū incursio esset hostium nunciata: festinatio-ne ac tumultu cōsternata: ī fugam se prorupit: atq; in palude proxima delituit. & po-stea requisita pīsse credita est: Neq; multis diebus post inuētam eē ceruā Sertorio nū-ciatur. Tū q nūciauerat iussit tacere. Ac ne cui palā diceret: īterminatus ē. Pręcepitq; ut eā postero die repēte ī eum locū: in quo ipse cū amicis esset: īmitteret. Admissis de-inde amicis postridie: uisum sibi esse ait ī quietē: ceruā quę perierat ad se reuerti: Et ut prius consueuerat: quod opus asset facto prædicare. Tum Sertorio quod īperauerat significāte cerua emissa in cubiculū Sertorii ītrorupit. Clamor factus: & orta admira-tio est. Eaq; hoīum barbaroꝝ credulitas Sertorio in magnis rebus magno usui fuit. Memoriæ pditū est ex iis nationibus: quæ cū Sertorio faciebant quū multis prœliis superat9 esset. neminē unq; ab eo desciuisse: qq; id genus hominū esset mobilissimum.

De ætatibus historicoꝝ nobiliū Hellanici: Herodoti: & Thucydides. Ca. xxiii.

Ellanicus: Herodotus: Thucydides historiæ scriptores in iisdē tpib9 fere lau-de īgēti floruerūt. Et nō nimis lōge distātibus fuerūt ætatibus. Nā Hellanic9 Hella-nicus initio belli pellopōnesiaci fuisse quinq; & sexaginta ānos nat9 uidetur: Hero-dotus tres & qnquagīta. Thucydides quadraginta. Scriptū hoc ī lib. xi. Pāphilæ. Hero-dotus

Quid Vulcatius Sedigitus in libro quem de poetis scripsit d comicis latinis iudi-carit. Cap: xxiiii. Thucy-dides

Egiditus in libro quem scripsit de poetis. quid de iis sentiat: qui comœdias fe-cerunt: & quem præstare ex omnibus cæteris putet: ac deinceps quo quenq; in loco & honore ponat: his uersibus suis demonstrat.

Multos incerto certare hanc rem uidimus
comici Palmam poetæ comicio cui deferant.
Eum me iudice errorem dissoluaã tibi.
Contra ut siquis sentiat: nihil sentiat:
Cecilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facile exuperat ceteros:
Dein Nenius qui seruet: precio in tertio est.
Siquid quarto detur: dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium
In sexto consequitur hos Terentius
Turpilius septimnm: Trabea octauum nbtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium
Decimum addo antiquitatis causa Ennium.

De uerbis qbusdã nouis: quę i Cn. Matii Mimiiãbis offẽderamus. Cap: xxv

Recentatur N. Matius uir eruditissimus i Mimiiãbis suis non absurde neq; absone finxit recẽtatur: pro eo quod Gręci dicunt ἀνανεοῦται: idest renouatur: idest denuo nascitur: atq; iterum fit recẽs. Versus in quibus hoc uerbum est: hi sunt.

Iamiam albicassit phœbus: & recentatur.
Commune lumen hominibus & uoluptas.

Edulcare Idẽ Matius in iisdẽ mimiiãbis: edulcare dicit: quod est dulcius reddere i his uersib9:

Quapropter edulcare conuenit uitam.
Curasq; acerbas sensibus gubernare

Quibus uerbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum: eiusq; definitiõis interpretamentum uerbis latinis factum. Cap. xxvi.

Syllogismus Aristoteles quid syllogismus esset: his uerbis definit. λογος εν ω τεθεντων τινων ετερον τι των κειμενων εξ αναγκης συμβαινει δια των κειμενων. idest oratio. i qua positis quibusdam: aliud quid a positis: necessario consequitur p ea quæ posita sunt. Eius definitionis nõ uidebatur habere icommode interpretatio facta hoc modo. Syllogismus est oratio in qua consensus quibusdam & cõcessis: aliud quicq̃ quæ concessa sunt: per ea quæ concessa sunt: necessario cõficitur.

Quid sint comitia calata: quid curiata: quid centuriata: quid tributa: quid consiliũ Atq; inibi quędam eiusmodi. Cap. xxvii.

Cõitia calata In libro Lælii fœlicis ad. Q. Mutium primo scriptum est: Labeõem scribere calata comitia esse: quę pro collegio pontificũ habentur: aut regis sacrorum: aut flaminũ: i augurandorum causa. Eorũ autem alia esse curiata: alia centuriata. Curiata per lictorem curiatim calari: idest conuocari. centuriata per cornicinẽ.
Cõitia curiata Iisdem comitiis quæ calata appellari diximus: & sacrorum detestatio: & testamenta
Cõitia cẽturiata fieri solebant. Tria enim genera testamentorum fuisse accepimus. Vnum quod calatis comitiis in concione populi fieret. Alterum in procinctu quum uiri ad prœliũ faciendũ i aciẽ uocabantur. Tertiũ per familiæ emancipationem: cui æs & libra adhibebatur. In eodem Lælii fœlicis libro hæc scripta sunt. Is qui nõ uniuersum populum: sed
Testamẽtorũ tria genera partẽ aliquã adesse iubent: non comitia sed cõsiliũ edicere debet. Tribuni autem neq; aduocãt patricios: neq; ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges quidnam ppter

sed plebiscita appellãtur: quę enbunis plębis ferẽtibus accepta sunt. Quibus rogatio- Plebiscita
nibus ante patricii nõ tenebãtur: donec. Q. Hortensius dictator eam legem tulit: ut
eo iure quod plębes statuisset. omnes quirites tenerẽtur. Item in eodem libro hoc scri-
ptum est. Quum ex generibus omniũ suffragium feratur: curiata comitia esse. Quũ
ex censu & aetate cẽturiata. Quũ ex regiõibus & locis tributa. Cẽturiata autem comi-
tia itra pomeriũ fieri nefas esse: quia exercitũ extra urbem imperari oporteat: itra ur-
bẽ imperari ius nõ sit. Propterea cẽturiata in campo martio haberi: exercitũq; impera-
ri praesidii causa solitũ: quoniã populus esset in suffragiis ferendis occupatus.

Quod erravit Cor. nepos quum scripsit Ciceronẽ tres & uiginti annos natum cau-
sam pro Sex. Roscio dixisse. Cap. xxviii.

Cor. Nepos & rez memoriae nõ indiligẽs: & M. Ciceronis ut q maxime ami- Cor. ne
cus familiarisq; fuit. Atq; is tamẽ in primo librorũ quos de uita illius cõposuit poris
errasse uidetur quũ eũ scripsit tris & uiginti ãnos natũ: primã causam iudicii error
publici egisse. Sex. q; Rosciũ parricidii reũ defendisse. Dinumeratis qppe ãnis a. Q.
Cepione: & a. Q. Serranno: quibus cõsulibus: ante diẽ. iii. nonas Ianuarii. M. Cicero
natus est: ad. M. Tulliũ: & Cn. Dolobellã qbus cõsulibus causam priuatã pro Quĩ-
tio apud Aquiliũ Gallũ iudicẽ dixit sex & uiginti anni reperiũtur: Neq; dubium est:
quin post annũ: q̃ pro Quĩtio dixerat. Sex. Rosciũ reũ parricidii defenderit: annos iã
septem & uigĩti natus. L. Sylla Felice: & Q. Metello Pio cõsulibus: In qua re etiã Fe-
nestellã errasse Pedianus Asconius aĩaduertit: q; eum scripserit: sexto & uicesimo aeta-
tis anno pro Sexto Roscio dixisse. Lõgior autem Nepotis: q̃ Fenestellae error est: nisi
quis uelit ĩ aĩum ĩducere: studio amoris: & amicitiae adductum: amplificãdae admira-
tiõis gratia: quadriẽnium Nepotẽ suppressisse: ut. M. Cicero oratiõem florentem di-
xisse p Roscio admodum adolescẽs uideretur. Illud adeo ab utriusq; oratoris studio-
sis aĩaduersum & scriptũ est: q; Demosthenes & Cicero pari aetate illustrissimas orati-
ones ĩ causis dixerint. Alter κατα ανδροτιωνος και κατα τιμοκρατους. idest in An-
drotionem & Thimocratem: & septẽ & uigĩti annos natus. alter anno minor p. Pu.
Quĩtio: septimo & uicesimo p Sex. Roscio. Vixerũt quoq; nõ nimis numerum ãno-
rum diuersum. Alter tris & sexagĩta annos Demosthenes. lx.

Quali figura orõnis & q̃ noua. L. Piso annaliũ scriptor usus sit. Cap. xxix.

Vae istae ĩ loquẽdo figurae notę: satis usicatae sunt. Mihi nomẽ est Iulius. & mi-
hi nomẽ est Iulii. Tertiã figurã nouã hercle repperi apud Pisonẽ ĩ secũdo an-
naliũ. Verba Pisõis haec sunt. L. Tarquiniũ collegam suum: quia Tarquinio no-
mẽ esset metuere. Eumq; orat: uti sua uolũtate Roma concedat. Quia Tarquinio in-
quit nomẽ esset. Hoc perinde est: tanq̃ si ego dicam: mihi nomen Iulium.

Vehiculũ q; petorritũ appellat' cuiatis ligue uocabulũ sit gręcae an gallicę. Ca. xxx.

Vi ab alio genere uitę detriti iã & retorridi ad lr̃atu disciplinis serius adeunt: si
forte idẽ garruli natura: & subargutuli sunt: q̃ oppido fiũt in lr̃aȝ ostẽtatione
inepti & friuoli. Quod genus pfecto ille homo est: qui de petorritis nuper ar-
gutissimas nugas dixit. Nã quũ quaereretur petoritũ quali forma uehiculũ: cuiatisq;
linguę uocabulũ eẽt: & faciẽ uehiculi emẽtitos est lõge alienã: falsamq;: & uocabulũ gre-
cum esse dixit. Atq; id significare uolucres rotas iterpretatus est. Commutataq; una littera petorri
petorritũ esse dictũ uolebat: quasi petorotũ. Scriptũ etiã hoc esse a Valerio contendit tum

Probo. Ego quum probi multos admodũ cõmentarioꝝ libros acquiſiuerim: neq; ſcriptum in his inueni: nec uſq̃ alioquin Probũ ſcripſiſſe credo. Petorritũ enim eſt non ex grçca dimidiatum ſed totũ trãſalpibus factum: nã eſt uox gallica. Id ſcriptũ eſt in libro. M. Varronis quartodecimo reꝝ diuinaꝝ. Quo in loco Varro quũ de petorrito

Lancea dixiſſet: eſſe id uerbũ gallicũ: lanceã quoq; dixit nõ latinũ ſed hiſpanicũ uerbũ eſſe.

Quæ uerba legauerint rhodii ad hoſtium ducẽ Demetrium: quum ab eo obſiderentur ſuper illa inclyta Hyaliſi imagine. Cap. xxxi.

Hodũ inſulã celebritatis antiquiſſimæ oppidũq; ĩ ea pulcherrimũ: ornatiſſimũq;

r obſidebat oppugnabatq; Demetri9 dux ętatis ſuæ iclyt9. Cũ a peritia diſciplinaq; faciẽdi obſidii: machinarũq; ſolertia: ad capiẽda oppida reptaꝝ cognomentũ πολιορκητης. i. urbiũ expugnator fuit. Tũ ibi ĩ obſidiõe illa ædes quaſdã publice factas: quæ extra muros urbis cũ paruo præſidio erat aggredi: atq; uaſtare: & abſumere igni parabat. In iis ædib9 erat memorãtiſſima illa imago Hyaliſi Protogenis

Hyalisus pictor manu facta illuſtris pictoris. Cuius opis pulchritudinẽ pręſtantiãq; ira pcitus rhodiis ĩuidebat. Mittũt rhodii legatos ad Demetriũ cũ his uerbis. Quę malũ inquĩt ratio ẽ ut tu imaginẽ iſtã uelis ĩcendio ædiũ facto: diſpdere. Nã ſi nos oĩs ſupaueris: ac oppidũ hoc totũ cœperis: imagine quoq; illa ĩtegra: & ĩcolumi p uictoriã potieris. Sin uero nos uĩcere obſidẽdo nequeris: petimus cõſideres ne turpe tibi ſit: quia nõ potueris bello rhodios uĩcere: bellum cum Protogene mortuo geſſiſſe. Hoc ubi ex legatis audiuit: oppugnatiõe deſita & imagini & ciuitati pepercit.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVSSEXTVS.

Verba Muſonii philoſophi græca digna: atq; utilia audiri: obſeruariq; eiuſdẽ utilitatis ſnĩa a. M. Catone multis ante annis numantiæ ad equites dicta. Cap. primum.

Doleſcẽtuli cũ ẽt tum ĩ ſcholis eẽmus. υπομνηματιον. i. cõmẽtariũculã hoc grçcũ: quod appoſui dictum eſſe a Muſonio philoſopho audiebamus: & quoniã uere atq; luculẽte dictũ uerbiſq; eſt breuib9 & rotũdis

a ĩũctum: perq̃ libẽter memineramus. αντι πραξις καλον μετα πονου ο μεν πονος οιχεται το δε καλον μενει αντι ποιησης αισχρον μετα ηδονης το μεν ηδυ οιχεται το δε αισχρον μενει. idest ſi per laborem hõeſti quippiam egeris: laborabit. hõeſtum manet. Si p uoluptatẽ turpe feceris quippiam: qd ſuaue eſt abiet: quod turpe eſt manet. Poſtea iſtam ipſam ſniam ĩ Catõis oratiõe: quam dixit numãtiæ apud equites poſitam legimus. Quæ & ſi laxioribus paulo: longioribuſq; uerbis cõprehẽſa eſt: p quam illud grçcum quod diximus: quoniã tamẽ prior tẽpore: antĩquior eſt: uenerabilior uideri debet. Verba ex oratiõe hæc ſũt. Cogitate cum aĩs ueſtris: ſiquid per laborem recte feceritis: labor ille a uobis cito recedet: benefactũ a uobis dum uiuetis nõ abſcedet. Sed ſi qua per uoluptatẽ nequiter feceritis: uoluptas cito abibit: nequiter factum illud apud uos ſemper manebit.

Cuiuſmodi ſit lex apud dialecticos percontandi diſſerendiq;: & quæ ſit eius legis reprehenſio. Cap. ii.

Egem eſſe aiũt diſciplinæ dialecticæ: ſi de quapiã re quæratur: diſputeturq;

l atq; ibi qđ rogere ut reſpõdeas: tũ ne amplius quid dicas: q̃ id ſolũ: quod es rogatus: aut aĩas. aut neges. Eamq; legem qui nõ ſeruant: & aut plus: aut aliter

q̃ sunt rogati respõdeant: existimãtur rudes indoctiq; esse: disputandiq; morem: atq;
rationem nos tenere. hoc quidem quod dicunt in plerisq; disputationibus procul du-
bio fieri oportet. Indefinitus nãq;: inexplicabilisq; sermo fiet. nisi interrogatiõibus res-
põsionibusq; simplicibus fuerit determinatus. Sed enim esse quędã uidentur: in qui- Dialecticę captiões
bus si breuiter: & ad id: quod rogat⁹ fueris respõdeas capiare. Nam siquis his uerbis
interroget. postulo ut respõdeas. Desieris ne facere adulteriũ an nõ: utcũq; dialectica
lege respõderis: siue aias: seu neges: herebis in captiõe: tam si te dicas adulterum: q̃ si
neges. Sed quod minus est in interrogatione: id est addendũ. Nam qui facere aliquid
non desinit: nõ id necessario etiã fecit. Falsa igitur est species isti⁹ captionis: & oequa q̃
pendere ad id potest: ut colligi: cõcludiq; possit eũ facere adulteriũ: q se negauerit fa-
cere desisse. Quid aũt legis istius ꝓpugnatores ĩ illa captiũcula faciẽt ĩ qua hærere ne
cessum est: si nihil aliud: q̃ quod interrogati eum respõderunt. Nã si ita ego istorũ ali-
quẽ rogem. Quicqd nõ perdidisti: habeas ne an non habeas: postulo aut aias: aut ne-
ges: utcunq; breuiter responderit: capietur. Nã si nõ habere se negauerit: qđ non perdi
dit: colligetur oculos eum non habere: quos non perdidit. Sin uerò habere se dixerit:
colligetur eum habere cornua: quæ nõ perdidit. Rectius igitur: cautiusq; ita respõde-
bitur: qcquid habui: id habeo: si id nõ perdidi. Sed huiuscemodi responsio nõ fit ex ea
lege quã diximus. Plus enim q̃ quod rogatus est respondet. Et propterea id quoq; ad
eam legẽ addi solet: non esse capriosis interrogationibus respondendum.

Quanã rõne effici dixerit Erasistratus medicus: si cibus forte deerit: ut tolerari ali-
quãdiu inedia possit: & tolerari fames: uerbaq; ipsa Erasistrati sup ea re scripta. Ca. iii.

Vm Phauorino Romę dies plerũq; totos eram⁹. Tenebatq; aĩos nostros ho-
mo ille fandi dulcissimus. Atq; cum quoquo iret: quasi ex lingua prorsum eius
capti ꝓsequebamur. Ita sermonibus usq;quaq; amœnissimis demulcebat. tũ
ad quẽdã ęgrũ: quẽ isset uisere: nosq; cũ eo una introissem⁹: multaq; ad medicos: q tũm
forte istic erãt: ualitudinis eios gratia: oratiõe græca dixisset: Ac ne hoc quidem ĩquit
mirũ uideri debet: q cũ ante hac semp edundi fuerit apperẽs: nũc post imperatã inediã
tanditũ: oĩs eius appetitio pristina elãguerit. Nã quod Erasistratus scriptũ reliquit in- esuritio
que propemodũ uerũ ẽ. Esuritionẽ faciũt manes patẽtesq; intestino fibrę & caua int⁹
uentris: & stomachi uacua hiantia. quæ ubi aut cibo cõplentur: aut inanitate diutina
contrahũtur: & cõniuẽt: tũc loco ĩ quẽ cibus capitur uel stipato: uel adducto: uolũtas
capiẽdi eius: desiderãdiq; restinguitur. Scythas quoq; ait eũdẽ Erasistratũ dicere: quũ
usus est: ut famẽ lõgius tolerẽt: fasciis uẽtrẽ strictissime circũligare. Ea uẽtris cõpres-
sione esuritionẽ posse depelli creditũ est. Hæc tũ Phauorin⁹ multaq; huiusmodi alia af
fabilissime dicebat. Nos aũt postea quũ libꝝ forte Erasistrati legeremus Διαιρεσεων
primũ: id ipsũ in eo libro: qđ Phauorinũ audiebam⁹ dicere: scriptum
offendimus. Verba Erasistrati ad eã rem ptinentia: hęc sũt ελογιζομεθα ουν παρα τη
ισχυραν συμπτωσιν της κοιλιας. ειναι την σφοδρα ασιτιαν. και γαρ τοις επιπλει
ον ασιτουσι κατα προαιρεσιν εν τοις πρωτοις χρονοις η πεινα παρακολουθει. υστερον
δε ουκετι. id est. Cogitabamus itaq; propter nimiam uentris compressionem summã
esse inediam. Nam & ii qui sponte abstinent cibo primis temporibus fame afficiũtur
post ut est minus. Deinde paulum infra. ειωθασι μεν οι Σκυθαι και οταν δια τι
να καιρον αναγκαιον η ασιτειν ζωναις πλατειαις την κοιλιαν διασφιγγειν ως

Τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης ῇ κοιλία ἢ διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ᾖ κένωμα οὐκ ἔχει. idest. Scythæ etiã cõsueuerunt: siquãdo euiuspiã rei causa inediam ferre coguntur. latioribus fasciis uentrem cohibere: qua ita fames minus eos infestet uẽtre etiam fere pleno quia nulla in eo sit inanitas: fit ne esuriãt. Quũ autẽ uenter cõpressus admodũ est: caret inanitate. In eodẽ libro Erasistratus uim quandam famis nõ tolerabilẽ quã græci βούλιμον καὶ βουπείνην: idest esuritionẽ: & anxiam edẽdi sitim appellant in diebus frigidissimis multo facili9 accidere ait: q̃ cum serenũ atq; placidum est. Atq; eius rei causas: cur is morbus in eo plerũq; tẽpore oriatur nõdum sibi esse cõpertas dicit. Verba quibus id dicit hæc sunt. ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπιβλέψεως καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν βουλιμιώντων διατί ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις. idest dubium est indigẽsq; considerationis: tum in hoc: tum in cæteris famelicis: quare in frigoribus magis huiuscemodi casus accidat q̃ serenis temporibus.

Quo ritu quibusq; uerbis fecialis populi romãi bellũ indicere solitus sit: iis: qbus populus Roman9 bellũ fieri iusserat. Et item i quæ uerba cõceptũ fuerit iusiurãdum de furtis militaribus sanciẽdis. & uti milites scripti itra prędictũ diẽ: in loco certo frequẽtarẽt: causis qbusdã exceptis: ꝓpter q̃s iusiurãdũ remitti æquũ esset. Cap. iii.

e Incius in libro tertio de re militari fecialẽ populi Romani bellũ indicẽtẽ hostib9: telũq; in agrũ eorũ iacientẽ hisce uerbis uti scripsit. Qđ populus hermũdulus: hoiesq; populi hermũduli aduersus populũ romanũ bellũ facere deliquere: quodq; populus romanus cũ populo hermũdulo hoibusq; hermũdulis bellũ iussit. Ob eam rẽ ego populusq; romanus populo hermundulo hoibusq; hermundulis bellũ indico: facioq;. Itẽ in libro eiusdẽ Cincii de re militari qnto ita scriptũ est. Quũ delectus antiqtus fieret. & milites scriberentur: i iusiurandũ eos tribun9 militaris adigebat in uerba hæc. In magistratu. C. Lelii. C. filii cõsulis. L. Cornelii. P. filii cõsulis: in exercitu decẽq; milia passuũ ꝓpe furtũ nõ facies: dolo malo: solus: neq; cũ plurib9: pluris nũmi argẽti: i dies singulos. Extraq; hastã: hastile: ligna: põbabulũ: utrẽ: follẽ: faculã: siquid ubi iueneris: sustulerisue: qđ tum nõ erit: qđ pluris nũmi argẽti erit uti tu ad. C. Leliũ. C. filium cõsulẽ. L. ue Corneliũ. P. filium cõsulẽ: siue ad quẽ utrũ eorũ iusserit: ꝓferes: aut ꝓfitebere in triduo ꝓximo: quicqd inueneris sustulerisue in dolo malo. Aut domino suo: ciuiũ id cẽsebis esse: reddes. uti qđ recte factũ esse uoles. Militibus autẽ scriptis dies pręfiniebatur: quo die adessent: & ut citati cõsuli respõderent: Deĩde ita cõcipiebatur iusiurãdũ: ut adessent: his additis exceptionibus: nisi harunce aliq̃ causa erit: fun9 familiare: ferię nidemiales. Calẽdęq; quę nõ eius rei cã in eũ diem collatæ sint: quo is eo die minus ibi esset. Morbus sonticus: auspiciũue qđ sine piaculo pręterire nõ liceat. Sacrificiũue anniuersariũ qđ recte fieri non posset: nisi ipsus eo die ibi sit: uis: hostesue: status: cõdictusue dies cum hoste: si cui eorũ harũce quę causa erit: tũ se postridie q̃ p eas causas licebit: eo die uenturũ aditurũq; cũ: q eum pagũ: uicũ: oppidũue delegerit. Itẽ in eodẽ libro uerba hęc sunt. Miles cũ die q prædictus est aberat: neq; excusatus erat ifrequẽs dabatur. Itẽ in libro sexto hęc scriptũ est. Alę dictę exercitus: equitũ ordines: q circũ legiones dextra sinistraq; tanq̃ alæ in auium corporibus locabãtur. In legione sunt cẽturię. lx. manipuli. xxx. cohortes decem.

Alę exercitus

Legio

Vestibulum quid significet. deq; eius uocabuli rationibus. Cap. v.

Leraq; uocabula: quibus uulgo utimur: neq; tamē liquido scimus quid ea ꝓ-
prie atq; uere significēt: sed incōpertā: & uulgariā traditionē rei non explorare
secuti: uidemur magis dicere quod uolumus q̄ dicimus. Sicuti est uestibulū
uerbū in sermonibus celebre: atq; obuiū: nō oibus tamē q̄ illo facile utuntur satis per
spectū. Aiaduerti enim quoldā: haud quaq̄ indoctos uiros opinari uestibulū esse par Vesti-
tē dom⁹ primiorē: quā uulgus atriū uocat. Cecilius Gallus in libro de significatione bulum
uerboꝝ: quę ad ius ciuile pertinēt: secūdo uestibulū esse dicit nō in ipsis ædibus: neq; atrium
ptē ędiū: sed locū antę ianuā dom⁹ uacuū: ꝑ quē a uia aditus: accessusq; ad ędis est: cū
dextra sinistraq; īter ianuā tectaq; quę sunt uię iuncta: spatiū telinquitur. Atq; ipsa ia
nua pcul a uia est area uacāti ītersita. quæ porro huic uocabulo ratio sit quæri multū
solet. Sed quę scripta legi: ea ferme oia incōcinna atq; absurda uisa sunt. Q̄d Sulpitiū
autē Apollinarē memini dicere uiꝝ elegāti sciētia ornatū huiuscemodi est. Ve particu Ve
la sicuti quędā alia tū intēsionē significat tū minutionē. Nā uetus & uehemens alteꝝ
Sauia dans agathoni animam ipse in labra tenebam.
Aegra etenim p̃perãs: tanq̃ habitura fuit. Amicus meus οὐκ ἀδόλως: i. nõ indiserte adolescens: in plures uersiculos licentius liberiusq; uertit: qui quoniam mihi quidem uisi sunt non esse memoratu indigni: subdidi.

Dum sembiulco sauio meum puellum sauior:
Dulcemq; florem spiritus duco ex aperto tramite:
Anima ægra & saucia cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium: & labra pueri mollia
Rimata itineri transitus: ut transiliret nititur.
Tum si moræ quid plusculæ fuisset in cœtu oculi:
Amoris igni percita transisset: & me linqueret.
Et mira prorsum res maneret: ut ad me fierem
Mortuus: ad puerum intus uiuerem.

Disertatio Herodis attici sup ui & natura doloris: Sueq; opinionis affirmatio per exēplum indocti rustici: qui cum rubis fructiferas arbores præcidit. Cap. xii.

Erodē atticū cōsularem uirū athenis disserentem audiui græca orōne: in qua se re omnis memoriæ nostræ uniuersos grauitate atq; copia: & elegantia uocum longe præstitit. Disseruit autē cōtra ἀπάθειαν. idest trāqllitatē stoicorū lacessitus a quodā stoico: tanq̄ minus sapiēter: & parū uiriliter dolorē ferret: ex more pueri: quē amauerat. In ea disertiōe q̄tulū memini: huiuscemodi sensus est: q; nullus usq̄ homo q secundū naturā sentiret: & saperet: affectionibus istis animi: quas πάθη. i. passiones appellabāt ægritudinis: cupiditatis: timoris: iræ: uolupratis carere: & uacare totis posset: & oīno nō doelre. Atq; si posset etiā obniti ut totis careret: nō ex re id eē melius: quoniā lāgueret aius: & torperet affectionū quarundā adminiculis ut necessario plurimū imp̄ioprituatus. Dicebat. n. sensus istos motusq; animi: q quū imoderatiores sunt: uitia fiūt: inexos implicatosq; esse uigoribus q busdam mētiū & alacritatib9 Ac ꝑpterea si oīno omnis eos imꝑitius cōuellamus periculū esse. ne eis adhærētes bonas quoq; & utiles aī indoles amittamus. Moderandos esse igitur & scite cōsideratecq; purgādos cēsebat. ut ea tātum quę aliena sunt: cōtraq; naturā uiderentur: & cū ꝑnicie aguata sunt: detrahātur. Ne ꝑfecto id accidat: quod cuipiā Thracio insipienti & rudi in agro: quē emerat: ꝑ curādo uenisse usu fabula est. Homo Thracius inqt ex ultima barbaria ruris colēdi insolēs: quū in terras cultiores humanioris uitę cupidine cōmigrasset: fundū mercatus est olea atq; uitę cōsitū: qui quia nihil admodū super uitæ ira arbore colēda sciret: uidet forte uicinū rubos lateatq; alte abbortos excidētē. Fraxinos ad summū ꝑpe uerticē deputantē. Suboles uitium e radicib9 caudicum super terrā fusas reuelētē. Stolōes in pomis: a ot i oleis ꝑceros: atq; decerptos amputantem Acciditq; ꝑpe: & cur tantā ligni atq; frondiū cædē faceret: ꝑcōtatus est. Et uicin9 ita respōdit: ut ager inqt mūdus purusq; fiat: eiusq; arbor atq; uitis fœcūdior. Discedit ille a uicino grās agēs: & lęt9 tanq̄ adeptus rei rusticę disciplinā. Tum falcē ibi ac securim capit: atq; ibi homo miser ipertitus: uites suas sibi oīs & oleas detrūcat. Comasq; arborū lætissimas: uberrimosq; uitū palmites decidit. & fructeta atq; uirgulta simul omnia pomis frugibusq; gignēdis fœlicia: cū sentibus & rubis: purificādi agri gratia cōuellit: mala mercede doctus: audaciā: fiduciāq; peccandi imitatione falsa eruditus. Sic inqt isti apathiæ sectatores: qui uideri se eē tranqllos: & irrepidos: & imobiles uolētdū nihil cupiunt: nihil dolēt: nihil irascūtur: nihil gaudent: oībus uehemētiorib9 animi officiis amputatis: in corpore ignauæ & quasi eneruatæ uitæ consenescunt.

Qnos pumiliones dicimus: græce νάνους appellari. Cap. xiii.

Tabāt forte una in uestibulo palatii fabulātes Fronto Cornelius:& Fest9Po
s sthu.& Apolli. Sulpitius. Atq; ibi ego assistēs cū qbusdā aliis sermōes eor:
quos de litterarum disciplinis habebant:curiosius captabā. Tū Fronto Apol
linari. Fac me inquit magister ut sim certus:an recte supersederim nanos dicere:par
ua nimis statura homines:maluerimq; eos pumiliōes appellar:quonia hoc scriptum
esse in libris uetex meminerā. Nanos autē sordidū esse uerbū & barbax credebā. Est
inqt hoc Apollinaris in cōsuetudine imperiti uulgi frequēs. sed barbax non est: cense
Nanus turq; linguæ grææ origine. Nανους enim græci uocauerunt breui atq; humili corpo
re homines:paulū supra terrā extantes. Idq; ita dixerunt adhibita quadā ratione ety
mologiæ cum snia uocabuli competente. Et si memoria inqt mihi nō labar scriptum
hoc est in comœdia Aristophāis:cui nomē est εκλαννς. idest minime plorās. Fuisset
autē uerbū hoc a te ciuitate donatū:aut i latinā coloniā deductū:si tu eo uti dignat9
fores. Essetq; in impendio pbabilius:q̄ quæ a Laberio ignobilia nimis & sordentia in
usum linguæ latinæ intromissa sunt. Tū Festus Posthumi9 grāmatico cuipiam latio
Frontonis familiari. Docuit inqt nos Apollinaris nanos uerbū græcū esse. Tu nos do
ce in quo de mulis aut equuleis humiliorib9 uulgo dicitur: an ne latinum sit:& apud
quē scriptū repiatur. Atq; ille grāmaticus:homo sane perq̄ in noscendis ueterib9 scri
ptis exercitus. Si piaculū inqt nō committitur præsente Apollinare:quid de uocella
græca latinaue sentiā dicere audeo tibi Feste quærēti respōdere esse hoc uerbū latinum
Scriptūq; inueniri in poematis Heluii cinnæ nō ignobilis neq; indocti poetæ. Versus
eius ipsos dixit:quos quoniam memoriæ mihi aderant:adscripsi.

At nunc me genit nana per salicta
Bigis rheda rapit citata nauis

Contemporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni. M. Varronē &. P. Nigidiū ætatis suæ
doctissimos romanos. Et q; Nigidii commentatiōes propter eax obscuritates: subti
litatemq; in uulgus non exeunt. Cap. xiiii.

M. Cicero a Etas. M. Ciceronis. &. C. Cæsaris præstāti facūdia uiris paucos habuit. Do
ctrinax autē multiformiū uariarūq; artiū qbus humanitas erudita ē: culmi
C. Cesar na habuit. M. Varronē &. P. Nigidiū. Sed Varrōis quidem monumēta rex
ac disciplinax:quæ per litteras cōdidit in ppatulo frequētiq; usu ferūtur. Nigidianæ
M. uarro autē cōmentationes non perinde in uulgus exeūt:& obscuritas subtilitasq; eax tanq̄
pax utilis derelicta est. Sicuti sunt quæ paulo ante legimus in commētariis ei9: quos
P. Nigidius grāmaticos iscripsit. E quibus quędā ad demōstrādū scripturæ genus exēpli grā sum
psi. Nā quū de natura atq; ordine lrāx dissereret:quas grāmatici uocales appellant:
uerba hæc scripsit. Quæ relinqmus inenarrata ad exercēdā legētiū itētionē.a & o sē
per principes sunt.i & u semp subditæ.e & subdit & præit. In euripo præit:& subdit
in æmilio. Siqs putat præire u in his uerbis ualerii: Vēnoni: nolui. Aut i in his iāprī
dē: iecur: iocū: iucūdū: errabit q, hæ lrę quū præeūt: ne uocales qdem sunt. Ite ex eodē
libro uerba hęc sunt. Inter lrām n & g est alia uis: ut i noīe anguis: & angaria: & anche
ræ: & icrepat: & icurrit: & igenuus. In oibus. n. his non uex n sed adulterinū ponitur
Nā n nō esse: lingua indicio est. Nā si ea littera esset lingua palatū tāgeret. Alio deinde
i loco est scriptum. Græcos nō tātę inscitię arcesso qui ου ex o & u scripserūt: quātę qui
ει ex e & i. Illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re subacti.

AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER VIGESIMVS.

Disceptatio Sexti Cecilii iureconsulti: & Phauorini philosophi de legibus duodecim tabularum. Caput primum.

Ex. Cecilius in disciplina iuris atq; legibus po. Romani noscẽdis: interpretãdisq; sciẽtia usu auctoritateq; illustri fuit. Ad eũ forte i area palatina quũ salutationẽ Cęsaris opperiremur: philosophus Phauorinus accessit. Collocutusq; ẽ nobis multisq; aliis pręsentib⁹. In illis tũc sermonibus. orta mẽtio est decemuiraliũ: quas decẽuiri eı⁹ rei grã a populo cre ari composuerũt. In q; duodecim tabulas cõscripserũt. eas leges quũ Sex. Cecili⁹ inq fris exploratisq; multaꝶ urbiũ legibus: elegãti atq; absoluta breuitate uerborum scriptas diceret. Sic inqt hoc Phauorinus in pleraq; eaꝶ legũ parte ita uti dicis. Nõ enim minus cupide tabulas istas. xii. legi: ꝗ illos decẽ libros Platonis de legib⁹. Sed quędã istic aia aduertũtur: aut obscurissima aut leuia: cõtra dura nimis & remissa: aut nequaꝗ ita ut scriptum est consistentia. Obscuritates inquit Sex. Cecilius: non assignem⁹ cul pa scribentiũ: sed inscitiæ non assequẽtiũ: quanꝗ ii quoq; ipsi qui quæ scripta sunt minus percipiũt: culpa uacãt. Nam longa ætas uerba atq; mores ueteres oblitterauit. q bus uerbis moribusq; sñia legum cõprehensa est. Trecẽtesimo nãq; anno post Romã conditã tabulæ cõpositæ scriptęq; sunt. A quo tẽpore ad hunc diẽ anni esse non longe minus. dcc. uidẽtur: Dure aũt scriptũ esse in istis legibus: qui existimari potest? Nisi durã esse legẽ putas: quæ iudicẽ arbitrũue iure datũ: qui ob rem dicendam pecuniam accepisse cõuictus est: capite ponit: Aut quæ furẽ manifestũ: ei cui furtũ factum est in seruitutẽ tradit. Nocturnũ aũt furẽ ius occidẽdi tribuit. Dic enĩ quæso: dic uir sapientissime studiosissime: an tu aut iudicis illius ꝑfidiã cõtra oia iura diuia atq; humana iusiurãdũ suũ pecunia uẽdẽtis: aut furis manifesti intolerãdã audaciã: aut nocturni grassatoris isidiosam uiolẽtiã: nõ dignã esse capitis pœnæ existimas. Noli inqt Phauorinus ex me quęrere qd ego existimẽ. Scis enim solitũ esse me pro disciplina sectæ quã colo inquirere potius: ꝗ decernere. Sed nõ leuis æstimator: neq; aspernabilis est popul⁹ Romanus: cui delicta quidem istæc uindicanda pœnæ tamen huiuscemodi nimis duræ esse uisæ sunt. Passus est enim leges istas de tam imodico iudicio. situ atq; senio emori. Sicut illud quoq; nõ humaniter scriptũ iprobauit: q si homo i ius uocatus morbo aut ætate ęger ad ingrediẽdũ iualidus est: arcera non sternitur: sed ipse aufertur. & iumẽto iponitur: atq; ex domo sua ad prętorẽ i comitiũ noua funeris facie efferẽ. Quãmobrem causã morbo affectus: & ad respõdendũ ꝑ sese idoneus iumẽto adherens in ius aduersario deportatur. Qđ uero dixi uideri quędã esse ipendio molliora: nonne tibi quoq; uidetur cẽdilutũ: qđ ita de iniuria punienda scriptum est. Si iniuria alteri faxit xxv. æris pœnę sunto. Quis enim erit tam inops: quem ab iniurię faciendę. xxv. asses deterreãt. Itaq; quũ eam legẽ. Q. quoq; Labeo noster i libris: quos ad. xii. tabulas cõ scripsit: non probaret: inqt. L. Neratius fuit egregie homo improbus: atq; imani uecordia. Is pro delectamento habebat os hoĩs liberi: man⁹ suæ palma uerberare. Eum seru⁹ sequebatur crumenẽ plenã assium portitans: & quẽcunq; depalmauerat nume rari statim secũdũ. xii. tabulas. v. &. xx. asses iubebat. Propterea inqt prętores postea L. Neratius

hanc abolescere & relinqui censuerunt. iniuriisq; æstimãdis recuperatores se daturos edixerũt. Nonnulla autẽ in istis legibus: nec cõsistere quidem: sicuti dixi uisa sũt. Velut illa lex talionis: cuius uerba: nisi memoria me fallit: hæc sunt. Si membrum rupit meum e pacto talio esto. Prǣter enim ulciscendi acerbitatem: ne pcedere quoq; executio iusta talionis potest. Nam cui membꝝ ab alio ruptum est: si ipsi itidem rũpere p taliõem uelit quæro an efficere possit rũpendi pariter mẽbri æquilibriũ? In qua re primum ea difficultas est inexplicabilis. Quin si mẽbrum inqt alter imptudẽs ruperit. Q̃d enim per imprudentiam factum est: retaliari per imprudẽtiam debet. Ict9 quippe fortuitus: & consultus: non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem. Quoniã igitur modo imprudẽtem poterit imitari: qui in exequẽda talione nõ licẽtiæ ius habet sed imprudẽtiæ. Sed & si prudens ruperit: nequaq̃ patietur: aut altius se lædi: aut latius quod cuiusmodi libra atq; mensura caueri possit nõ reperio. Quin etiã si qd plus erit aliterue cõmissum: res fiet ridiculæ atrocitatis: ut contraria actio mutuę talionis oriatur: & adolescat infinita quædam reciprocatio talionũ. Nam de imanitate illa secandi partiendiq; humani corporis: si unus ob pecuniam debitam addiudicat9: addictusq; sit pluribus: nõ libet meminisse: & piget dicere. Quid enim uideri potest efferatius: quid ab hominis ingenio diuersius: q̃ q membra & artus inopis debitoris: breuissimo laniatur distrahãtur: sicut nũc bona uenum distrahũtur. Tum Sex. Cecilius amplexus utraq; manu Phauorinũ: Tu es inqnit unus profecto in nostra memoria: non græciæ modo: sed & romanæ rei peritissimus. Quis enim philosophorũ disciplinæ suæ leges: iam scite atq; docte callet: q̃ leges tu nostras decemuirales percalluisti. Sed quæso te: quũ tamẽ digrediare paulisper e curriculis istis disputationũ uestrarũ academicis: omissoq; studio quicquid libitum est arguẽdi tuẽdiq; consideres grauius cuiusmodi sint ea quę reprehẽdisti. Nec ideo cõtemnas legum istarum antiqtates: q plerisq; ipsis iam po. Ro. desiuerit: Non enim pfecto ignoras legum opportunitates: & medelas p tempoꝝ moribus: & pro rerum publicaꝝ generib9: & pro utilitatũ præsentiũ rationibus: proq; uitioꝝ quibus medendũ est feruorib9 mutari: atq; flecti. Neq; uno statu cõsistere: qn ut facies cæli & maris: ita reꝝ atq; fortunæ tempestatibus uarietur. Quid salubrius uisum est rogatione illa Stolonis iugeꝝ de numero præfinito? Quid utilius plebiscito uoconio de coercẽdis mulieꝝ hæreditatibus? Quid tam necessariũ æstimatũ est ppulsandæ ciuiũ luxuriæ: q̃ lex licinia & fannia: aliæq; itẽ leges sumptuariæ. Oĩa tamẽ hæc oblitterata & operta sunt ciuitatis opulentia: quasi quibusdã fluctib9 exæstuãtis. Sed cur tibi uisa est inhumana omniũ mea qdem sententia humanissima quæ iumentũ dari iubet ægro: aut seni in ius uocato? Verba sunt hæc de lege. Si in ius uocat: si morb9 æuitasue uitiũ extitit. qui in ius uocabit: iumẽtũ dato. Si nolet arcerã ne sternito. At tu forte morbũ appellari hic putas: ægrotationẽ grauẽ cũ febri rapida & quercera? Iumẽtũq; dici pecus aliquod unicũ tergo uehẽs. Ac ppterea minus fuisse humanũ existimas ęgrotũ domi suæ cubãtẽ: iumẽto ĩpositũ in ius rapi: Hoc mi Phauorine nequaq̃ ita est. Nã morbus in lege ista non febriculosus neq; nimiũ grauis: sed uitiũ aliquod imbecillitatis atq; inualẽtiæ demõstratur: nõ periculum uitæ ostẽditur. Cætero qui morbũ uehemẽtiorẽ uim grauiter nocendi habentẽ: legũ istaꝝ scriptores
morb9 alio in loco non per se morbum: sed morbũ sonticũ appellant. Inmentum quoq; non
sontic9 id solũ significat: quod nunc dicitur: sed uectabulum etiam: quod a iunctis pecorib9

trahebatur. Veteres enim nostri iumentum a iungendo dixerunt. Arcera autem uoca Iumētū
batur plostrum tectum undiq; & munitum: quasi arca quędam magna uestimentis arcera
instrata: qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant. Quænam ibi igitur acer
bitas esse uisa est: quod in ius uocato paupertimo homini uel inopi: qui aut pedibus
forte ægris esset: aut quo alio casu ingredi non quiret: plostrum esse dandum censue
runt: neque instrui tamen delicate arceram iusserunt: quoniam satis esset inualido cui
modi uectaculum. Atque id fecerunt ne accusatio ista ægri corporis perpetuam uaca
tionem daret fide tractantibus: iurisq; actiones declinantibus. Sed enim ipsum uide
qui in iniurias factas: v. & . xx. assibus sanxerunt non omnino omnis mi Phauorine inin
nus ære isto pauco diluerunt. Tametsi hęc ipsa paucitas assium graue pondus ęris fu
it. Nam librariis assibus in ea tempestate populus usus est: sed iniurias atrociores: ut
de osse facto non liberis modo uerumetiam seruis factas impensiore dāno uindicaue
runt. Quibusdā autem iniuriis taliones quoq; apposuerūt. Quā quidem tu talionē uir
optime iniquos paulo insectatus es. Ac ne cōsistere quidem dixisti: lepida quadā solertia
uerborum: quoniā talioni par nō sit talio: neq; rūpi mēbrum facile possit: ad alterius ruptu
ram (ut ais tu) æquabilium. Verum est mi Phauorine talionē rarissimū fieri difficillime.
Sed decēuiri minuere atq; extinguere uolētes huiuscemodi uiolentiā pulsandi atq; læ
dendi talione: eo quoq; metu coercēdos eē hoies putauerūt. Neq; eius qui mēbrum alte
ri rupisset: & pacisci tamē de talione redimēda nollet: tantā esse habēdi rationem ar
bitrati sunt: ut an prudēs imprudēs ue rupisset: spectandū putarent. Aut talionē in eo
uel adamussim æquipararēt: uel in librili perpenderēt. Sed potius eundē animū: eun
demq; impetū: in eadē parte corporis rumpēdi: nō eundē quoq; casum exigi uoluerūt.
Quoniā modus uolūtatis præstare posset: casus ictos non posset. Quod si ita est: ut
dico: & ut ipse æquitatis habitus demōstrat: taliones illę tuæ reciprocæ argutiores pro
fecto q̄ ueriores fuerunt: Sed quoniam acerbum quoq; esse hoc genus pœnæ putas.
Quæ obsecro te: ista acerbitas est: si idem fiat in te: quod tute in alio feceris? Præser- Talio
tim quom habeas facultatem paciscendi: & non necesse sit pati talionē: nisi eam tu ele
geris? Quod edictū autem prętorium de æstimandis iniuriis probabilius esse his po
tes? Nolo hoc ignores hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem iudicis redigi
necessario solitam. Nam si reus qui depacisci noluerat: iudici talionem imperanti nō
parebat: æstimata lite iudex hominē pecuniæ damnabat. atque ita si reo & pactio gra
uis & acerba talio uisa fuerat: seueritas legis ad pecuniæ mulctam redibat. Restat ue
ro quod de sectione pactioneq; corporis immanissimum esse tibi uisum est: responde
am. Omnibus quidem uirtutum generibus exercendis: colendisque populus Roma
nus e parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit. Sed omnium maxime atq;
præcipue fidem coluit: sanctamq; habuit: tam priuatim: q̄ publice. Sic consules cla
rissimos uiros hostibus cōfirmandæ fidei publicę causa dedit. Sic clientem in fidem
acceptum cariorem haberi: q̄ propinquos: tuendumque esse contra cognatos censuit.
Neq; prius ullum facinus æstimatum est: q̄ si cui probaretur clientem diuisui habuis
se. Hanc autem fidem maiores nostri non modo in officiorum uicibus: sed in negociorum
quoq; contractibus sanxerunt: maximeq; in pecuniæ mutuaticæ usu atq; commercio.
Adimi enim putauerūt subsidiū hoc inopię tēporarię: quo cōmunis hoium uita indi
geret: si perfidia debitorum sine graui pena eluderet. Cōfessi igitur æris ac debiti iudicatis. xxx

Dies iusti

dies sunt dati cõquirẽdę pecuniæ causa: quã dissoluerẽt. Eosq; dies decẽuiri iustos appellauerũt: uelut quoddã iustitiũ. i. iuris iter eos quasi interstitionẽ quãdã & cessatio nẽ: qbus diebus nihil cũ iis agi iure posset. Post deinde ni si dissoluerãt ad prętorẽ uocabãtur. & ab eo qbus erãt iudicati adicebãtur. Neruo quoq; aut cõpedibus uinciebãtur. Sic. n. sunt opinor uerba legis. Aeris cõfessi: rebusq; iure iudicatis. xxx. dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto. in ius ducito. ni iudicatũ facit: aut qui pseudo eo in iure: uim dicit: secũ ducito. uincito aut neruo: aut cõpedibus. xv. põdo: ne minore: aut si uolet: maiore uincito. Si nolet suo uiuito. Ni suo uiuit: qui eum uictũ habebit: libras farri in dies dato. Si uolet plus: dato. Erat aũt ius interea paciscẽdi. Ac nisi pacti forẽt: habebãtur i uinculis dies. lx. Inter eos dies trinis nũdinis cõtinuis ad prætorẽ i comitiũ pducebãtur: q̃ taeq; pecunię iudicati essent. prædicabatur. Tertiis autẽ nũdinis capite pœnas dabãt. Aut trãs tyberim pgere uenũ ibant. Sed eã capitis pœnã sanciẽdę sicuti dixi: fidei gr̃a. horrificã atrocitatis ostentu. nouisq; terroribus metuendã reddiderũt. Nã si plures forẽt: qbus reus esset iudicatus: secare si uellẽt atq; partiri corpus addicti sibi hoĩs pmiserũt. Et qdẽ uerba ipsa legis dicã: ne existimes inuidiam me istã forte formidare. Tertiis inqt nũdinis: partis secanto. si plus minusue secuerũt se fraude esto. Nihil pfecto iminus: nihil imani⁹: nisi ut re ipsa apparet: eo cõsilio tãta imanitas pœnæ denunciata est: ne ad eam unq̃ perueniretur. Addici nãq; nũc & uinciri multos uidem⁹: qa uinculoꝝ pœnã deterrimi hoĩes cõtemnunt. Dissectũ esse antiqtus neminẽ equidẽ neq; legi: neq; audiui: quoniã sæuicia ista pœnæ cõtẽni non quita est. An putas Phauorine si nõ illa coã ex. xii. tabulis de testimoniis falsis pœna aboleuisset: & si nũc quoq; ut antea q falsum testimonium dixisse cõuictus esset: e saxo tarpeio deiiceretur: mẽtituros fuisse p testimonio tam multos: q̃ uidem⁹? Acerbitas plerũq; ulciscẽdi maleficii: bene atq; caute uiuẽdi disciplina est. Historia de Metio Sufetio albano nobis quoq; nõ admodũ numero istiusmodi libros lectitantib⁹ ignota nõ est. Qui quoniã pactũ atq; cõdictũ cũ rege po. Ro. pfide rupat: binis quadrigis euinctus: in diuersa nitẽtibus laceratus ẽ. Nouũ atq; asperũ suppliciũ quis negat. Sed qd elegantissimus poeta dicat: uide. At tu dictis albane maneres: Hęc atq; alia ubi Sex. Cecilius oĩbus qui aderant. ipso quoq; Phauorino approbãte: atq; laudãte disseruit: nunciatum est Cæsarem iam salutari: & separati sumus.

Vocabulũ siticinũ in. M. Catonis oratiõe quid significet. Quã ob causam. L. Accius poeta in grãmaticis sicinistas nebuloso nomine esse dixerit. Cap. ii.

s Iticines scriptũ est in orone. M. Catonis: quæ inscribitur: Ne iperium sit ueteri ubi nouus uenerit. Siticines inquit & liticines & tubicines. Sed Cesellius Videx in cõmẽtariis lectionũ antiquaꝝ: scite qdem se ait: liticines lituo cantare: & tubicines tuba. Quid istuc autem sit: q; siticines cantant homo ingenuæ ueritatis scire se negat. Nos aũt in Capitonis Attei cõiectaneis inuenimus siticines appellatos q apud sitos canere solin essent: hoc est uita functos: & finitos: & sepultos. Eosque habuisse pprium genus tubæ: qua canerent: a cæterorum tubicinũ pprietate differens: quus sicinistas uulgus dicit. Qui rectius locuti sunt: sicinnistas littera u geminata dixerunt. Sicinniũ. n. genus ueteris saltationis fuit. Saltabũdi autẽ canebant quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc uerbũ. L. Accius poeta in pragmaticis. Appellanq; sicinistas ait nebuloso noĩe: credo pptera nebuloso: q; sicinniũ cur diceretur obscuꝝ esset.

Siticines

Sicinũ

Artificiũ scænicoꝝ studiũ: amoréq; inhonestũ: ꝓbrosũq; esse. Et sup ea re uerba aristotelis philosophi adscripta. Cap.iii.

Omœdos qspiã & eragœdos: & tibicines diues adolescens Tauri philosophi discipulus liberos homines: in deliciis atq; in delectamentis habebat. Id gen⁹ aũt artifices græce appellãtur οι περι τον Διονυσον τεχνιται.i. Liberi patris artifices. Eum adolescentem Taurus sodalitatibus cõuictuq; boium scænicoꝝ abducere uolens: misit ei uerba ex Aristotelis libro exscripta: qui προβληματα εγκυκλια. idest questiones circulares inscript⁹ est. Iussitq; uti ea quotidie lectitaret. Διατι οι Διονυσιακοι τεχνιται ως επι το πολυ πονηροι εισιν οτι ηκιστα λογου και φιλοσοφιας κοινωνουσι. Δια το περι τας αναγκαιας τεχνας το πολυ μερος του βιου ειναι και οτι εν ακρασιαις τον πολυν χρονον εισιν. ουδε εν απορειαις αμφοτερα δε φαυλοτητος παρασκευαστικα. idest. Cur genus id hominum qđ dionysiacos technitas. idest artifices bacchanales appellamus: improbis esse moribus magna ex parte consueuerunt? An quia minime sese studio sapientiæ dedunt? eo scilicet ꝙ in artibus necessariis magnam partem ætatis suæ consumunt: uitam plurimum traducũt incõtinẽter: partim etiam cum inopia: quod quidem utrunq; uitia & gignit & auget.

Exempla epistolarum alexandri regis: & aristotelis philosophi: ita uti sunt edita: atq; in linguam latinam uersa. Cap.iiii.

Ommẽtationũ suaꝝ artiũq;: quas discipulis tradebat aristoteles philosoph⁹ regis alexandri magister duas species habuisse dr̃. Alia erant quę nominabat εξωτερικα.i. extraria uel extrinseca. Alia quę appellabat ακροαματικα: idest auscultatoria. εξωτερικα dicebãtur: quę ad rhetoricas meditationes: facultatẽ argutiaꝝ: ciuiliũq; reꝝ noticiã cõducebãt. ακροαματικα aũt uocabãtur in quibus philosophia remotior subtiliorq; agitabatur: quęq; ad naturę cõtẽplationes: disceptatiõesue dialecticas ptinebãt. Huic disciplinę quã dixi ακροαματικην.i. auscultatoriã: tẽpus exercendę dabat i lycio matutinũ. Nec ad eã quenq̃ temere admittebat: nisi quoꝝ ante ingenium & eruditiõis elemẽta: atq; in discẽdo studiũ laboréq; explorasset. Illas uero εξωτερικας.i. extrarias auditiones: exercitiũq; dicẽdi: eodẽ in loco uespi faciebat. Easq; uulgo iuuenib⁹ sine delectu dabat. Atq; eũ δειλινον περιπατον.i. post meridiariã ambulationẽ appellabat. Illũ alteꝝ supra εωθινον.i. dilucularia: utroq; enim tpe ambulans differebat περιπατον.i. de ãbulationẽ. Librosq; suos eaꝝ oium cõmẽtarios seorsum diuisit: ut alii εξωτερικοι.i. extrarii dicerẽtur: partim ακροαματικοι.i. auscultatorii. Quos quum in uulgus ab eo editos rex alexander cognouisset: atq; ea tempestate armis exercituq; omnem prope asiam teneret: regemq; ipsum Dariũ prœliis & uictoriis urgeret: in illis tamen tantis negociis litteras ad aristotelem misit. Non eum recte fecisse: q; disciplinas ακροαματικας: idest auscultatorias: quibus ab eo ipse erudit⁹ foret libris foras editis inuulgasset. Nã qua inquit alia re præstare cæteris poterimus: si ea quæ ex te accepimus: omniũ prorsus fiẽt cõmunia? Quippe ego doctrina anteire malim: q̃ copiis: atq; opulẽtiis. Rescripsit ei aristoteles ad hanc sentẽtiam ακροαματικους: idest auscultatorios libros: quos editos quęris: & nõ ꝑide ut archana abscõditos neq; editos scito eẽ neq; nõ editos: quoniã iis solis q nos audiũt: cognobiles erũt. Exẽpla utrarũq; litteraꝝ sumpta ex andronici philosophi libro subdidi. Amaui aũt prorsus in utriusq; epistola breuitatis elegãtissimę filũ tenuissimũ. αλεξανδρος αριστοτε

λει εὖ πράττειν. οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων. εἰ καθοὺς ἐπαιδεύθημεν λόγους: οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις. ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν: ἔρρωσο ἀριστοτέλης βασιλεῖ ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ δεδομένους: καὶ μὴ ἐκδεδομένους. ξυνετοὶ γάρ εἰσι. μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν ἔρρωσο.

alexandri epistola: Alexander Aristoteli salutē. Haud recte fecisti: q auscultatorios libros edideris. In qua enim re a cæteris nos itē præstabimus: si disciplinę in quibus eruditi sumus. omniū omnino sint cōmunes: Equidem malim in rerum usu optimarū: q̄ in facultatibus anteire. Vale.

Arist. epistola. Aristoteles regi Alexandro salutem. Scripsisti ad me de libris auscultatoriis iter arcana illos cōdi putās oportere. Sed tu eos & esse editos: & minime editos scito. cognobiles enim iis tantū erunt: qui nos audierint. Vale. Hoc ego uerbū ξυνετοὶ γάρ εἰσι quærens uno itidem uerbo dicere: aliud non repperi q̄ quod scriptum est a. M. Catone in. vi. origine. Itaq ego iqt cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

Quæsitū atq tractatū utrū sit rectius dicere: habeo curā uestri: an uestrū. Cap. v.

P Ercontabar Apollinarē Sulpitiū: quū eū romæ adolescētulus sectarer: qua ratione diceref: habeo curā uestri: aut misereor uestri. Et iste casus uestri eo loco quē uideret habere casum rectū. Istic mihi ita respondit. Queris inquit ex me quod mihi quoq est iādiu in perpetua quæstione. Videt enim nō uestri oportere dici: sed uestrū sicut græci loquuntur ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν. καὶ κήδομαι ὑμῶν. id est habeo curā uestrū: & cōsulo rebus uestris. quo in loco ὑμῶν aptius uestrū dicitur

nostri. uestri. q̄ uestri: & habet casum nominādi quē tu rectū appellasti. Inuenio tamē iqt nō paucis in locis nostri atq uestri dictū: nō nostrū aut uestrū. L. Sylla rerū gestarū libro secūdo. quo si fieri potest: ut etiā nūc nostri uobis in mentē ueniat. Nos magis dignos creditis: quibus ciuibus q̄ hostibus utamini: quiq pro uobis potius: q̄ cōtra uos pugnemus: neq nostra neq maiorū nostrorū merito nobis id cōtinget. Terētius in Phormione: Ita plerique ingenio sumus oēs: nostri nosmet pœnitet. Afranius in togata. nescio qui nostri miseritus tādē deus. & Laberius in necromātia: Dum diutius detinet nostri oblitus est. Dubiū porro inquit nō est: qui eodē hæc oīa casu dicātur nostri oblitus est: nostri miseritus est: quo dicit mei oblitus est: mei miseritus est. Mei āt casus interrogādi est: quē genitiuū grāmatici uocant. & ab eo declinatur: quod ē ego. huius deinde pluratiuū ē nos. Tui æque declinatur ab eo quod ē tu. huius itidē pluratiuū ē uos. Sic nanq Plautus declinauit in psrudulo in hisce uersibus.

Si ex re tacente fieri possem certior here:
Quę miseriæ te tam misere macerent.
Duorū labori ego hominum parcissem lubens:
Mei te rogandi: & tui respondendi mihi.

Mei enim Plautus hoc in loco nō ab eo dicit quod est meus: sed ab eo quod est ego. Itaq si dicere uelis patrē mei p patrem meum quod græci modo τὸν πατέρα μου dicūt iusitate quidē: sed recte pfecto. eaq rōne dices: qua Plautus dixit labori mei: pro labori meo. Hęc aūt ipsa ratio ē in numero pluratiuo: qua Gracchus misereri uestrū dixit. & qua. M. Cicero cōtētio uestri: & cōtētio nostrū dixit. Quaq itē rōne Quadrigarius in annali. xix. uerba hęc posuit. C. Mari.

quādo te nostꝝ: & reipub. miserebitur? Cur igitur Terentius pœnitet nostri: & nō magis: & Afranius nostri miseritus: nō nostꝝ? Nihil hercle inq̄t mihi de ista re in mē te uenit: nisi auctoritas quędā uetustatis non nimis anxię: neq3 supstitiose loquentis. Nā sicuti multifariā scriptū est uestrorꝝ p uestꝝ: ut i Plauti mustellaria in hoc uersu Vestrꝝ illic esse maxima pat uestrorꝝ: itelligit: quū uellet maxima pars dicere uestꝝ. Ita nōnunq̄ uestri quoq3 dictum est uestꝝ. Sed pculdubio qui rectissime loqui uolet: uestrum potius dixerit q̄ uestri. Et icciroo iportunissime inq̄t fecerūt: q in plerisq3 Salustii exemplaribus scripturā istā sincerissimam corruperūt. Nam quū ita in Catilina scriptū esset. Sæpe maiores uestꝝ miserti plebis romanæ: uestꝝ aboleuerūt: & uestri subscripserunt. ex quo in pluris libros mendæ istius indoles inoleuit. Hęc memini mi Apollinarē dicere: eaq3 tunc ipsa ita ut dicta fuerant notaui.

Quā diuersę græcorꝝ sententiæ super numero Niobæ filiorꝝ. Cap. vi.

Ita & ꝑpe adeo ridicula diuersitas fabulæ apud gręcos poetas deprehēditur: sup numero Niobæ filiorꝝ. Nam Homerus pueros puellasq3 eius senos dicit Niobæ fuisse. Euripides bis septenos. Sapho bis nouenos. Bacchilides & Pindar9 bis filii denos. Quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.

De iis quæ habere συμπάθειαν: idest consensum uidentur: cum luna augescente ac senescente. Cap. vii.

Nnianus poeta fundo suo quē in agro Falisco possidebat: agitare erat solitus uindemiā hilare atq3 amœniter. Ad eos dies me & quosdā itē alios familiares uocauit. Ibi tū cœnantibus nobis magnus ostrearum numer9 Roma missus ē. Quę quū appositæ fuissent: & multæ quidem: sed inuberes macreq3 essent. Luna inq̄t Annianus nūc uidelicet senescit: ea re ostrea quoq3 sicuti alia quædā tenuis exuctaq3 est. Quū quæreremus quę alia senescēte luna tabescerēt. Nōne Luciliū inq̄t nr̄m meministis dicere. Luna alit ostrea: īplet & echinos: muribus fibras: & pecu addit. Eadē āt ipsa quę crescēte luna gliscūt deficiēte cōtra luna defiunt. Aelurorꝝ quoq3 oculi ad eas Aeluri dē uices lunæ: aut ampliores fiūt: aut minores. Id etiā iquit multo mirādū est magis quod apud Plutarchū in. iiii. in Hesiodū cōmentario legi. Cepe enim reuirescit: & cōgerminat decedēte luna: cōtra aūt inarescit adolescēte. Eam causam esse dicunt sacerdotes ægyptii cur pelusiotæ cepe non edāt: quia solum olerꝝ omniū contra lunæ augmenta atq3 damna uices minuendi & augendi habeat contrarias.

Qualibus uerbis delectari solitus sit antonius Iulianus: positis in mimiābis: scripsit de innocētia sua: quū ita dictitar: nunq̄ uestimēta a populo posci. Cap. viii.

Electari mulceriq3 aures suas dicebat antonius Iulianus figmētis uerborꝝ nouis Cn. Martii hoīs erudīti: qualia hęc quoq3 essent: quę scripta ab eo in mimiābis memorabat. Sinuq3 amicā recipere frigidam caldo. Columbatim labra cōferens labris. Item id quoq3 iocunde lepideq3 fictum dictitabat.

Iam tonsiles tapetes ebriifuco:
Quos concha purpura imbuens uenenauit:

Quid uocabulum iure manu consertum significet. Cap. ix.

X iure manu cōsertū: uerba sunt ex antiquis actiōibus: quę cum lege agitur: & uīdictę conteuntur. dici nūc quoq3 apud pretorē solēt. Rogaui ego Romæ grāmaticū celebri hoīem fama & multo nomine: quid hæc uerba essent. Tum ille

me despiciēs: aut terras inquit adolescēs: aut ludis. Rem enim doceo grammaticam non ius respondeo. Siquid igitur ex Virgilio Plauto Ennio quærere habes: quæras licet. Ex Ennio ego inq̄ est magister, quod quæro. Ennius enī uerbis hisce usus est. Cūq; ille demiratus aliena hæc esse a poetis: & haud usquā inueniri ī carminibus Ennii diceret: tum ego hos uersus ex octauo annali absentis dixi. Nam forte eos tanquā insigniter præter alios factos memineram.

Pellitur e medio sapientia. tu geritur res
Spernitur orator bonus. horridis miles amatur.
Haud doctis dictis certantes. nec maledictis
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu consertum: sed magis errore
Res repetunt. regnumq; petunt. uadunt solida ui.

Quum hos uersus ennianos dixissem. Credo inquit grāmaticus iam tibi. Sed tu uelim credas mihi. Q. Ennium didicisse hoc nō ex poetice litteris: sed ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoq; inq̄t & discas unde Ennius didicit. Vsus cōsilio sum magistri: q̄d docere me debuerat a quo discerē præter mōstrātis. Itaq; id quod ex iure cōsultis: ex li
Ex iure bris quoq; eo𝔯 didici inserendū his cōmentariis existimaui. Quoniā in medio rerū &
manu hominū uitā qui colūt: ignorare nō oportet uerba actionū ciuiliū celebriora manum
cōsertū cōserere. Nā de qua re disceptabatur ī iure præsenti: siue ager: siue quid aliud est cū aduersario simul manu prehendere. In ea re oibus uerbis uindicare: idest uindicia correptio manus in re atq; in loco præsenti apud prætorem ex. xii. tabulis fiebat. In quibus ita scriptū est. Si cui in iure manū cōserunt. Sed postq̄ prætores ꝓpagatis italiæ finib9 datis iurisditionibus: negociis occupati: pacisci uindiciarū dicēdarū causa longinquas res grauabātur: institutū est cōtra. xii. tabulas tacito sensu: ut litigātes nō ex iure apd̄ pretorē manū cōsererēt: sed ex iure manu cōsertū uocarēt. Idest alter alterū ex iure ad cōserēdā manū in rē de qua ageretur uocaret. Atq; ꝓfecto simul ī agrū de quo litigabatur: terræ aliquid ex eo uti unā glebā in ius in urbē ad prętorē deferrent. & in ea gleba tanq̄ in toto agro uindicarēt. Iccirco Ennius significare uolēs bellū: nō ad prętorē solitum est legitimis actiōibus: neq; ex iure manu cōsertum. sed bello ferroq; & uera ui atq; solida: quod uidetur dixisse conferens uim illā ciuilē & festucariā: quæ uerbo diceretur non quæ manu fieret cum ui bellica & cruenta.

Quid sit sculnæ uerbum positum apud. M. Varronem. Cap. x.

Lauinii liber est non incuriose factus. Is inscriptus est de uerbis sordidis. In eo scripsit sculnā uulgo dici quasi sequulnā: quē qui elegātius inquit loquūtur se
Sculna Sque ster questrē appellāt. Verūq; uocabulū a sequēdo factū est: ꝙ eius qui electus sit utraq; pars fidē sequatur. Sculnā sūt scriptū eē in historico. M. Varrōis q̄ īscribitur Catus. Idem Lauinius in eodē libro admonet. Sed quod apud sequestrem depositū erat: sequestro positum per aduerbium dicebatur. Cato in Ptolemæo cōtra Thermū.
Per deum immortalem nolite nos sequestro ponere

Auctoritas tanq̄ prefationis admonitio ī opis toti9 sūma: de noctiū ordie. Ca. xi.

T qui iocūdiora alia requirunt. Ipse aūt ad hoc scripsi: ut liberis quoq; meis
a parare istiusmodi remissiones eēnt: q̄do animus eo𝔯 interstitiōe aliqua negociorū data laxari īdulgeriq; potuisset. Vsi autē sumus ordine rerū. fortuito: quē

anea in excerpēdo fecitamus. Nā pinde ut librū quēq̄ in man⁹ ceperā: seu grȩcum: seu latinū: uel qd memoratu dignū audierā: itaq; librū erat: cuius generis cūq; erat i dicte atq; pmiscue annotabā. eaq; mihi ad subsidiū memorie quasi quoddā lrarū penus recōdebā. Vt quādo usus uenisset: aut rei: aut uerbi: cuius me forte repēs obliuio tenuisset: & libri ex qbus ea sumpserā: nō adessent: facile īde nobis īuētu: atq; depromptu foret. Facta igit̄ est in his quoq; cōmētariis eadē rerū disparilitas: quæ fuit i illis annotationibus pristinis: quas breuiter & īdigeste & icōdite annotatiōib⁹ tractationibus lectionibusq; uariis feceram⁹. Sed quoniā longinquis per hyemē noctibus in agro (sicuti dixi) terrȩ atticȩ cōmētationes hasce ludere: ac facere exorsi sumus: idcirco ea īscripsimus noctiū ēē atticarū. nihil imitati festiuitates īscriptionū: quas plerique alii utriusq; linguæ scriptores: in id genus libris fecerunt. Nā qa uariā & miscellā. & quasi cōfusaneā doctrinā ɔquisiuerāt. eo titulos quoq; ad eā sniam exq̄sitissimos i diderūt. Nāq; alii musarū īscripserūt: alii siluarū: Ille κηριόν. i. fauū. Ali⁹ κερας ἀμαλθείας. i. copiæ cornu. Quidā lectionis suæ. Alius antiquarū lectionū. Atq; ali⁹ πινακίδιον. i. catinulū. & itē ali⁹ ἐγχειρίδιον. i. pugionē aut tabellā. Sūt ēt q̄ pādectas titulum receptacula īscripserūt. Sūt aūt qui Διατριβὰς. i. exercitationes & studia: sūt ideo qui de disciplina & de regia philosophia: & de natura humana. & epistolicarum quæstionū. Est qui memoriales titulos fecerit. Est qui studiosorū: & de rediculis. &

noctes atticȩ.

Est qui historiæ naturalis. Est Est præterea q pratū. Est itidē qui

Est qui scripsit. Sūt itē multi qui cōiectanea. Neq; itē desunt: qui indices libris suis fecerūt. aut epistolarū moraliū: aut epistolicarū quȩstionū. aut cōfusarū. Et quædā alia īscripta nimis lepida: multasq; prsus cocinnitates redolētia. nos uero ut cœptus nr̄ est īcuriose: & īmediate: ac ppe ēt subrustice: ex ipso loco ac tpe hybernarū uigiliarū: atticas noctes īscripsimus: tātū cȩteris oībus: i ipsi⁹ quoq; scriptionis laude cedētes quātū cessimus in cura & elegātia scriptionis. Sed ne cōsiliū qdē in excerpēdis: notādisq; rebus idē mihi: quod plerisq; illis fuit. Nāq; illi omnes & eorū maxime græci multa & uaria lectitātes: in quas res cunq; inciderāt: alba ut dicit̄ linea sine cura discriminis: solā copiā sectati cōuertebāt: qbus in legēdis ante anim⁹ senio ac tedio lāguebit: q̄ unū alterūue repperer it: quod sit aut uoluntati legere: aut cultui legisse: aut usui meminisse. Ego uero quū illud Heracliti ephesii uiri summe nobilis uerbū cordi haberē: quod pfecto ita est. Ipse quidē uoluēdis trāseūdisq; multis admodū uoluminibus p oīa semp negociorū interualla. in qbus furari ociū potui exercitus defessusq; sum. Sed modica ex iis eaq; sola accepi: quæ aut ingenia prompta expeditaq; ad honestȩ eruditionis cupidinem: utiliūq; artium cōtēplationem celeri facilīq; cōpēdio ducarēt: aut homines aliis iam uitȩ negociis occupatos: a turpi certe agrest. q; rerū atq; uerborū impitia uīdicarēt. Quæ erūt aūt i his cōmētariis pauca quȩdā scrupulosa: & anxia: uel ex grāmatica: uel ex dialectica: uel etiā ex geometria: quęq; erūt itē paucula remotiora sup augurio: & iure pōtificio: nō oportet ea defugere. quasi aut cognitu nō utilia: aut pceptu difficilia. Nō enim fecimus altos nimis: & obscuros i his rebus quæstionū sinus: sed primitias quasdā: & q̄si libamēta ingenuarū artiū dedim⁹: quæ uirū ciuiliter eruditū neq; audisse unq̄: neque attigisse: si nō utile: haud qdē certe indecorū. ab his igit̄: sicui forte nonnūq̄ tēpus uoluptatiq; erit lucubraciūculas istas cognoscere: petitū impetratūq; uolum⁹: ut i legē-

do quæ pridẽ scierint: nõ aspernent̃ quasi nota inuulgataq;. Nã & quid tã remotũ i litteris est: quin id tamẽ cõplusculi sciãt. Et satis hoc blãdũ est: nõ eẽ hęc neq; i scholis decãtata: neq; in cõmẽtariis protrita. Quæ porro noua sibi ignotaq; offenderint: ęquũ esse puto: ut sine uano obtrectatu cõsiderẽt: ac minutæ istę admonitiones pauxillulę nequaq̃ tamẽ sint: uel ad alendũ studiũ honestæ: uel ad oblectãdũ frigidę fouendũq; animũ. Sed eius seminis generisq; sint: ex quo facile adolescãt aut ĩgenia hominũ uegetiora: aut memoria adminiculatior: aut oratio solertior: aut sermo ĩcorruptior: aut delectatio rmotio: aut in ludo liberalior. Quæ aũt parũ plana uidebuntur aut minus plena ĩstructaq;. petimus inq̃ ut ea nõ docẽdi magis q̃ admonẽdi grã scripta existimẽt. & quasi demõstratiõe uestigioꝝ cõtẽti ꝑsequãtur ea post: si libebit: uel libris reptis. uel magistris. Quæ uero putauerint reprehẽdẽda iis si audebũt: succẽseant: unde ea nos accepimꝰ. Sed enim quę aliter apud aliũ scripta legerint: ne iam statim tpe obstrepãt: sed tractiones rerũ: & auctoritates hominũ pẽsitẽt: quos illi: quosq; nos secuti sumus. Erit aũt id lõge optimũ: ut qui ĩ lectitãdo: scribẽdo: cõmẽtãdo: nũq̃ uoluptates; nũq̃ labores cœperũt: nullas hoc genꝰ uigilias uigilarũt. neq; ullis ĩter eiusdẽ musæ ęmulos certationibus: disceptationibusq; elimati sunt: sed itẽ penaꝝ negociorũq; pleni sunt: abeãt ꝑcõtãdo: scribẽdo a noctibꝰ his ꝓcul. atq; alia sibi oblectamẽta quęrãt. Vetus adagiũ est: Nihil cũ fidibꝰ graculo: nihil cũ amaricino sui. Atqui etiã quo sit quorũdã maledoctoꝝ hominũ scæuitas: & inuidentia irritatior: mutuabor ex Aristophanis coronopesta pauca. Et quã ille homo festiuissimus fabulæ suę spectãdę legẽ dedit eãdẽ ego cõmẽtariis his legendis dabo ut ea ne attingat: neue adeat ꝓfestũ & ꝓfanũ uulgus a ludo musico diuersum. Versus legis datę hi sunt.

Volumina cõmẽtarioꝝ ad hũc diẽ. xx. iam facta sunt. Quãtũ aũt uitæ mihi deinceps deũ uolũtate erit: quãtũ a cura publica: & a re familiari: ꝓcurãdoq; cultu liberoꝝ meoꝝ dabitur: ea oĩa successiua: & subsecũdaria tempora ad colligẽdas huiusce modi memoriaꝝ disceptatiũculas conferã. Peogredietur igitur numerus libroꝝ diis bene iuuãtibus cũ ipsius uitę quãtuli quiq; fuerint ꝓgressibus. Neq; lõgiora mihi dari spatia uiuẽdi uolo: q̃ dũ ero ad hãc quoq; facultatẽ scribẽdi cõmẽtãdiq; idoneꝰ. Capita reꝝ quæ cuiq; cõmẽtario insunt exposuimus hic uniuersa: ut iam statim declaretur: quid quod in libro quæri inueniriq; possit.

A. Gellii Noctium Atticarum libri Vigesimi ac ultimi. Finis:

Venetiis Impressum per Christophoꝝ de Quaietis de Antegnago & Martinũ de Lazaronibus de Rouado. socios. M. CCCCLXXXXIII. Die. XVII. Iulii.

Registrum. Omnes sunt terni præter. B. et. u. qui sunt duerni.